26

Ludo Vives

№ A
1-36

68

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 1
Tabla
Número 368

27 a 7
24

1
8-129

B: 1591

# IOANNIS LUDOVICI VIVIS, VALENTINI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

## DIALOGISTI LINGVÆ Latinæ exercitatio.

*ANNOTATIONIS PRÆTEREA in ſingula colloquia doctiſſimi viri Petri Motta Complutenſis, in Hiſpanæ iuventutis gratiam adiecimus.*

Cum Indice Latino Hiſpanico vocum diffi-cilliorum ab Ioanne Ramirez Compilato.

15. ſls.

CON LICENCIA.

Impreſſo en Zaragoça, Año de 1704.

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 1
Tabla
Número 368

27 a 7
24

1
3-129

B: 1591

# IOANNIS LUDOVICI VIVIS, VALENTINI.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

DIALOGISTI LINGUÆ Latinæ exercitatio.

*ANNOTATIONIS PRÆTEREA in ſingula colloquia doctiſſimi viri Petri Motta Complutenſis, in Hiſpanæ iuventutis gratiam adiecimus.*

Cum Indice Latino Hiſpanico vocum difficillorum ab Ioanne Ramirez Compilato.

15. pls.

CON LICENCIA.

Impreſſo en Zaragoça, Año de 1704.

# SVMA DE LA Licencia.

TIene licencia Mateo de la Baſtida, Mercader de Libros, para imprimir eſte Libro, intitulado: Luis Vivis, como mas largamente conſta de ſu original.

# SUMA DE LA Taſſa.

EStà taſſado por los Señores del Conſejo vn libro, intitulado: Luis Vivis, à quatro maravedis cada pliego, como conſta de ſu original. En Madrid à cinco de Noviembre de mil y ſeiſcientos y ſetenta.

*Tiene quinze pliegos, monta ſeſenta maravedis en papel.*

APRO-

# APROBACION.

IVſſu Supremi Senatus Regij vidi, & examinavi librum, cui titulus eſt: *Linguæ Latinæ exercitatio*, cuius Auctor ex Ioannes Ludovicus Vivis, & in eo nihil reperi contra Fidem, nec contra bonos mores: imò ita vtilem iudico, vt eius vtilitas typis mandandum exigat. Matriti in hoc noſtro Collegio Imperiali Societati IESV, vigeſima ſecunda die Septembris, anno 1632.

*Gaſpar Hurtado.*

FEE

## Fee de Erratas.

LIber hic nomine inſcriptus, Ioannis Ludovici Vivis Valentini, Dialogiſtica linguæ Latinæ exercitatio, fideliter, ac verè reſpondet ſuo exemplari.

IOAN-

# IOANNES LUDOVICI VIVIS VITA.

IOANNES Ludovicus Vivis, natione Hiſpanus, patriæ Valentinus, ex nobili Vivorum familia: in humanioribus litteris non mediocriter eruditis: à ſummis viris ſummis laudibus decantatus. Ab Henrico VIII. Anglorum Rege pro amico habitus, & ab eo magno honore, & pretio cultus. In epiſtola, quoad ad ipſum Ioannem ſcripſit, præſtantiſsimum virum,

rum, âmicum ſuum dilectum, & eruditum apellat. Habuit diſcipulos egregios, Honoratum Ioannem Caroli Principis Magiſtrum Epiſcopum Oxomenſem, & Thomam Graciam de Antiſco Caroli V. & Philippi II. Secretarium. Obij in Belgico apud Antuerpienſe, à viris doctis poſt obitum ſummopere deſideratus. Scripſit multa: quæ ad Grammaticam ſpectant, quæ ſequuntur.

SVR-

# SVRRETIO
## MATVTINA.

*Beatrix, Paela, Emmanuel, Euſebius.*

IESVS Chriſtus exſuſciter vos à ſomno vitiorum. Hæus pueri, eſtis ne hodie evigilaturi? *Euſ.* Neſcio, qui incidit mihi in oculos; ita videor eos habere plenos arenæ. *Beat.* Hæc eſt tua prima cantio matutina, & benè vetus; aperiam feneſtras haſce ambas, ligneam, & vitream, vt feriat clarum mane veſtros amborum oculos. Surgite. *Euſ.* Tam multo mane? *Beat.* Proprior eſt meridies, quàm aurora. Vis tu Emmanuel recentem * ſubuculam? *Eman.* Nihil nunc eſt neceſſe, hæc eſt ſatis munda, cras ſummam alteram. Cedo mihi thoracem. *Beat.* Quem ſimplum; an * diploidem? *Eman.* Quem voles, mea nihil refert. Porrige hùc ſimplum, vt ſi ſim hodie luſurus pila, mi-

** Subucula eſt virilis camiſia.*

** Diplois dē quibus reduplicatā dicitur.*

nus graves. *Bea.* Hic eſt ſemper tuus mos; prius de luſu cogitas, quam de ſchola. *Ema.* Quid tu dicis inepta? & ſchola ipſa vocatur ludus. *Beat.* Ego non intelligo veſtras grammaticationes, & ſophiſmata. *Ema.* Da * ligulas adſtrictorias coriaceas. *Bea.* Fractæ ſunt, accipe ſericas, & ſic iuſsit tuus pædagogus. Quid iam; vin? femoralia, & tibi alia, quoniam eſt æſtus? *Ema.* Minimè verò, dato * fœmini cruralia: quæſo, conſtringe me. *Beat.* Quid tu habes brachia fœnea, aut butyracea? *Ema.* Non ſed filo tenui conſuta; heu qualia dediſti mihi adſtrigmenta ex armeta, & lacere. *Bea.* Memineris te heri aleà perdidiſſe integra. *Eman.* Qui ſcis? *Beat.* Ego per rimulam oſtij obſervabam te cum Guzmanulo ludentem. *Eman.* Amabo, ne id pædagogus reſciat. *Be.* Imò ego narrabo, quū primum apellaris me deformem, vt ſoles. *Eman.* Quid ſi rapacem? *Beat.* Quidvis modò ne deterrimè. *Eman.* Cedo calceo. *Beat.* Vtros longo * obſtragulo, an brevi? *Eman.* Tectos propter lutum. *Beat.* Propter lutum aridum, quod alio nomine vocatus pulvis. Sed bene facis: nam in apertis cingulum eſt fractum, & fibula amiſſa. *Eman.* Indue rogo. *Beat.* Tu ipſe facito. *Eman.* Non poſſum me flectere. *Beat.* Tu quidem facilè te curvares;

*Ligulæ adſtrictoriæ, quibus veſtimenta ſtringuntur.*

*Fœminicrualia z num pro caligis ex armata ſine ferris.*

*Oſtragulam eſt corũ calcei ſuperius.*

vares; deſidea vero tua difficile: an deglu-
tiſti enſem, vt circulator illenu diuſquar-
tuis; adcò ne es iam delicatus? Quid facies
grandior? *Eman.* Adſtringe nodo laxo ge-
mino, quòd elegantiùs. *Beat.* Nihil minus:
ſolveretur nodus illico, & decederet tibi
calceus è pedibus, præſtat, vel gemino ad-
ſtricto, & laxo. Sumne tunicam manica-
tam, & cingulum textile. *Eman.* Minimè id
quidem, ſed coriceum venatorium. *Beat.*
Mater vetat vis tu omnia arbitratu tuo fa-
cere? Et tueri fregiſti * aciculam fibulæ
*Eman.* Nõ poteram alioqui ex fibulare. Da
ergo illud puniceum ex livo. *Beat.* Cape,
cinge te * cincta Gallico, pecte caput
prius radijs rarioribus, tum denſioribus;
apta pileum vertici; ne in occipitium
reijcias more tuo, aut in frontem, & ocu-
los. *Eman.* Prodeamus iam tandem. *Beat.*
Quid? illotis manibus, & facie? *Eman.*
Iſta tua tam moleſta curioſitate tantum
iam enecaſſes, nedum hominem; vide-
tis mihi non puerum veſtire, ſed ſpon-
ſum. *Beat.* Euſebi, adfer * pollubrum
cum * vrceolo: funde altiùs: ſtilla potiùs
ex * epiſtomio, quàm profundas; elue ſor-
des iſtas ex nodis digitorum, ablue eos, &
gargariza: friſca benè cilia, & palpebras,
tum glandulas ſub auriculis duriter; cape-

** Acicula fibulæ id eſt, quâ corrigia aſtringitur*

** Cinctu quomodo ſolent Gallî ſe cingere.*

** Pollubrũ id eſt vas, quò aquâ fũditur.*

** Virceolus, patina in quâ fundatur.*

** Epiſtomiũ es naſſus gutti.*

linteùm, exterge te. Deum immortalem; de omnibus ex ſigyllatim admonendus; nihilne ipſe tua ſponte faceres? *Eman.* Vah nimium es importuna, & odioſa! *Beat.* Et tu nimium ſcitus puer, ac formoſulus. Deoſculare me; flecte iam genua, & ante hanc ſervatoris noſtri imaginem recita precationem Dominicam, & preces alias, vt habes de more, antequam pedem penas extra cubiculum. Vide mi Emmanuel, vti de re nulla alia cogites, dum oras. Mane pauliſper, appende ſudariolum huc de zona ad nares emungendas, & purgandas. *Eman.* Sum ne ſatis ad arbitrium tuum compoſitus. *Beat.* Es. *Eman.* Ad meum minimè, quoniam iam tandem ad tuum auſim * facere ſponſionem, me horam vnam veſtiendo conſumpſiſſe. *Beat.* Quid ſi vel duas quò eras aliqui iturus? Quid acturus? Foſſurus credo, aut araturus. *Eman.* Quaſi deſit quod agam. *Beat.* O magnum virum, vehementer in nihil agendo occupatum. *Eman.* Non hinc abis cavillatrix? Abi, aut ego te abigam hoc calceo, aut * calanticam tibi detraham de capite.

**Facere ſpõſionem deponere, certare pretio.*

** Calantica, indumẽtum eſt capitis muliebre.*

PRI-

# PRIMA SALUTATIO.

## *Puer, Mater, Pater.*

SAlvus ſis mi pater, ſalve mea matercu-la, præcor vobis felicem hunc diem germanuli, propitium vobis opto Chriſtũ ſororculæ. *Pat.* Mi fili ſoſpiter te Deus, evehat ad ingentes virtutes. *Mat.* Servet te CHRISTVS, mavix, quid agis meo dulce-do? Qui-vales; quomodò noctè hac quie-viſti? *Puer.* Rectè valeo, & placidem dormi-vi. *Mat,* CHRISTO gratia, proprium hoc velit tibi eſſe. *Puer.* Ad mediam tamen noctẽ excitatus ſumè dolore capitis. *Mat.* Me perditam. & miſerrimam, quid narras? quà parte capitis? *Puer.* Ad brechma. *Mat.* Quam diù? *Puer.* Vix octava parte horæ: poſteà re dormi, nec ſenſi amplius. *Mat.* Reſpiravi, nam examinatas me. *Puer.* Benè ſi tibi Iſabellula, para mihi ientacu-lum. Reſcio, hæc caniculæ feſtiviſsimè, en vt cauda adulatur, vt ſe in poſteriores pedes erigit? Quomodò habes; quomo-dò vales? Heus tu adfer panis buccellam vnam, aut alteram, quam ei demus, vide-bis luſus ſcitiſsimos. Non eſuris: nihil ne ediſti hodie; profecto plus eſt in cave iſta

intelligentiæ, quàm in illo mullione craſſo. *Pat.* Tullicle mi, lubet mihi tecum pauliſper confabulari. *Puer.* Quid ni pater an nihil mihi accidere poteſt ſuavius, quàm te audire. *Pat.* Hic tuus Roſcius eſt bellua, an homo? *Puer.* Bellua, vt credo *Pat.* Quid tu habes: cur ſis homo, non ille? Tu edis, bibis, dormis ambulas, curſitas, luſitas: hæc ille omnia. *Puer.* At qui ego ſum homo, *Pat.* Quomodò id agnoſci, quid tu nunc habes plus quàm canis? Sed hoc intereſt, quòd ille non poteſt homo fieri, tu poteſt, ſi vis. *Puer.* Obſecro mi pater, effice id primo quoque tempore. *Pat* Fiet, ſi as, quò eunt belluæ, redeunt homines. *Puer.* Ibo pater multo libentiſsimè, ſed vbi id eſt? *Pat* In ludo litterario. *Puer.* Nulla eſt in me ad rem tantam mora. *Pat.* Nec in me, Iſabellula, audin'? Eà huic ientaculum in ciſtella. *Iſab.* E quid nam? *Pat* Fruſtrum panis butyro illitum, vel ficos aridas, aut vbas paſſas pro opſonio, ſed * inſolatas; nam alteræ illæ viſcoſæ inficiunt puerorum digitos, & veſtem: niſi mavis ceraſa aliquot, vel pruna aurea, & oblonga inſere brachiolum ciſtulæ, ne excidat.

**Inſolatas ad ſolē exiccatas.*

DE

# DEDVCTIO AD LVDVM.

*Pater, Philopponus, Ludimagiſter, Propinquus.*

SIgnate te ſacræ ſigno Crucis. Duc nos Ieſu Chriſti ſapientiſsimè dementes, potentiſsimè imbecilles. Quæſo mi Propinque, tu qui es verſatus in ſtudijs litterarum, ecquis eſt in hoc gymnaſio optimus inſtitutor puerorum? *Prop.* Doctiſsimus quidem Varro, ſed diligenti*ſsi*mus, & vir probiſsimus Philopponus, nec eruditionis aſpernendæ. Habet Varro ſcholam frequentiſsimā, & domi numeroſum gregē contubernaliū: Philopponus non videtur delectari turba, paucioribus eſt cōtentus. *Pat.* Hunc malo. Ecce illum in porticu gymnaſij inambulātē. Fili, hoc eſt formatoriū, & quaſi officinā hominū, & hic artifex formandi. Adſit tibi Chriſtus magiſter. Aperi caput puer, & flecte poplitem dextrum, ſicuti es edoctus ſta iam rectus. *Phil.* Proſper ſit nobis omnibus tuus adventus, ecquid rei eſt? *Pat.* Hunc filiolum meum ad te adduco, vt ex bellua hominem facias. *Phil.* Dabo in eam rem operam ſedulam: fiet, revertetur ex pecude homo, ex nequam frugi, & bonus,

id verò, ne dubitaveris. *Pater.* Quanti doces? *Phil.* Si puer benè proficiat, vili ſin paruum, caro. *Pater.* Acutè hoc dicis, & ſapienter, vt omnia. Partiamur inter nos igitur hanc curam: tu vt ſedulo inſtituas, ego vt benignè compenſem tuam operam.

# EUNTES AD LUDUM LITTERARUM.

*Cirratus, Prætexatus, Titivillitius, Vetula, Puela, Oluſcularia.*

VIdetur tibi tempus eundi ad ludum? *Præt.* Plene tempus eſt vt eamus. *Cir.* Non ſatis teneo viam credo eſſe in illo vico proximus. *Præt.* Quoties illuc itaſti. *Cir.* Ter, aut quater. *Præt.* Quod cœpiſti eò itare? *Cir.* Nudiuſtertius, vt poto, aut quartus. *Præt.* Quid igitur, an non id ſatis eſt ad noſcendam viam? *Cir.* Non, etiamſi eam centies. *Præt.* Ego verò ſi ſemel, numquam deinceps ab errarem. Sed tu vadis invitus, & ambulas luſitans, nec viam aſpicis, nec domos, nec vlla ſigna, quę te poſtea admoneant, quà ſit flectendum, quę via tenenda; ego

ego hæc omnia obſervo diligenter; quia lubens eo. *Cir.* Puer hic habitat in proximo ſcholæ. Heu, tu Titivillitium, quà iſtud ad ædes tuas? *Tit.* Quid vis, venis à mater tua? mater mea non eſt domi, ac ne ſoror quidem; ambæ ſunt profectæ ad dive Annæ. *Cir.* Quid illic agitur? *Tit.* Heri fuerunt in cœnia; hodie invitavit eas mulier quædam caſearia ad edendum lac congulatum. *Cir.* Et tu cur non es vna profectus? *Tit.* Relictus ſum hic, vt ſervem domi; frater meus pucrulus abductus eſt ab eis illuc; ſed pollicitiæ ſunt mihi ſe de reliquus allaturas partes in quaſilio. *Cir.* Quin tu igitur manes domi? *Tit.* Continuo revertar, nunc prodeo luſum talis, cum filio huius cerdonis, vultis, & vos venire. *Cir.* Eamus ſodes. *Præt.* Minimè verò id quidem. *Cir.* Quid ni? *Præt.* Ne vapulemus. *Cir.* Ad, non memineram. *Tit.* Non vapulabitis. *Cir.* Qui ſcis? *Tit.* Quia magiſter veſter perdidit heri ferulam. *Cir.* Hem, quomodo noſti? *Tit.* Hodie de modo noſtra audiebamus eius vociferationem, quærentis ferula. *Cir.* Amabo; ludamus parumper. *Præt.* Tu ludito, ſi vis; ego ibo ſolus. *Cir.* Ne me apud præceptorem, quæſo deferas; dic me detineri domi à patre. *Præt.* Vis mentiri me? *Cir.* Quidni, propter ſodalem.

*Præt.*

*Præt.* Quia in templo audivi Concionatorem affirmantem, mendaces eſſe filios diaboli, veraces Dei. *Cir.* Diaboli vero? apage. Per ſignum Sanctæ Crucis, ab inimicis noſtris libera nos Deus noſter. *Præt.* Non potes liberari, ſi ludas quum eſt diſcendum. *Cir.* Eamus, tu valeto. *Ti.* Hem pueri iſti non audent paulisper ludere, alioqui cæderentur. *Præt.* Ille eſt puer perditus, & evadet ſceleroſus vir. Sed quomodo elapſus eſt nobis; nec rogavimus qua eſſet via ad ludum, revocemus. *Cir.* Habeat in malā rem, nolo ſit mihi rurſum in citamento ad luſum, percontabimur ab hac vetula Mater, noſtiſne quà itur ad ſcholam Philopponi? *Vet.* Iuxta eam ſcholam habitavi ego ſex annis, è regione peperi filium natu maximum, & filias duas; tranſite plateam hanc Villæratæ, inde eſt angiportus, tum platea domini Veterani, hic flectite ad dexteram, tum ad ſiniſtram; ibi percontamini, nō procul abeſt ſchola. *Cir.* Vah: non poterimus omnia retinere. *Vet.* Tereſula deduc iſtos ad ludū Philopponi; nam mater huius eſt, quæ dabat nobis linum nendum, nonnū. *Ter.* Quid malum Philopponus, quid hominis eſt hic Philopponus? quaſi ego norim, loquerisve de illo, qui reſuit calceos iuxta cauponam viridem? an de præcone in

vico

vico Gigantis, quis a it equos meritorios.
*Vet.* Sat ſcio, numquã tu noſti ea, quæ ſunt
opus, ſed ea, quæ ad rem nihil faciunt. Iner-
tiſsima. Philopponus eſt ludi magiſter ille
ſenex, procerus, lucoioſus, è conceptu
ædium, quas olim habitabimus. *Ter.* Ah,
jam redit in memoriã *Vet.* In reditu tranſi
per macellum, & eme acertarium, & rapha-
num & ceraſa: cape fiſcellam. *Cir.* Duc non
etiam per forum Olitorium. *Ter.* Hac ibitis
breviùs. *Cir.* Nolumus iſta ac ire. *Per.* Quid
ſic. *Cir.* Quia nu mordit me illic carnis ex
domo pictoris; quin, & volumus te co i-
tari ad forum. *Ter.* Revertes faciam iter per
macellum; nam procul adhùc obſonus, &
emã, quæſum iuſſa, poſtquam reliquero vos
in ludo. *Cir.* Nos cupimus videre, quanti
emes ceraſa. *Ter.* Nummis ſenis emimus
libras ſingulas, ſed quid ae te. *Cir.* Qui ſo-
ror juſsit me hodie manè ſciſcitari, & eſt
illi vetula quædam oluſcularia, de quà, ſi
emeris, ſcio eam, & vendituram minori
pretia, quàm alias, & daturam nobis, vel ce-
raſa aliqua, vel thyrſum lactucæ; nam filia
ejus miniſtravit aliquando matri, & ſorori
meæ. *Ter.* Nec diſpendium hoc via con-
ſtet nobis flagris aliquot. *Cir.* Minimè ve-
rò nam ſatis veniemus tempori. *Ter.* Ea-
mus, tantulum deambulavero; quia meſera
con-

conſumor ſedendo domi totos dies. *Præt.* Quid facies, an tantum ſedes otioſa? *Ter.* Otioſa verò, minimè certè id quidem; neo, conglobo, glomero, texo, putas vetulam noſtram paſſuram, vt otier feſtos dies execratur, in quibus eſt ceſſandum. *Præt.* Feſti dies non ſunt ſacri? Quomodò ergo execratur illa rem ſacram; vult ne ipſa execrari, quòd eſt ſacrum conſtitutum? *Ter.* Cenſem? Me dediciſſe Geometriã, vt hæc poſſim vobis ediſſerere? *Cir.* Quid rei eſt Geometria? *Ter.* Ego neſcio, nos habebamus vi[illegible]iam, quæ vocabatur Geometria; hæc ſemper vel erat ipſa in Tẽplo, cum Presbyteris, vel presbyteri domi eius cum illa, itaquè erat, vt ferebant, ſapientiſsima. Sed ventũ eſt in forum Olitoriũ, vbi eſt tandem veſtra vetula? *Cir.* Id ego circunſpiciebam, Sed eme ab hac eà lege, vt aliquid det nobis corollarij. Heus amita, puella hæc emet de te ceraſa, ſi aliquod nobis donaveris. *Oluſ.* Nihil mihi donatur, omnia venduntur. *Cir.* Nec ſordes iſtæ donantur tibi, quas habes in manibus, & collo. *Oluſ.* Niſi procul hinc abis impudẽticule; has ſordes ſentient genę tuæ. *Cir.* Quomodò ſentient meæ genę, cum tu habes in tuis manibus. *Oluſ.* Redde ceraſa furuncule. *Cir.* Sumo exemplum, nam volo emere. *Oluſ.* Eme igi-

tur.

tur. *Cir.* Si placuerint, quanti? *Oluſ.* Nummo libram. *Cir.* Ah, acerba ſum tu avus benefica, vendis hic populo ceraſa ſtrangulatoria. *Ter.* Habeamus hinc ad ludum; nam vos argutijs veſtris intricaretis me, & detineretis diu. Iam, vt puto, mea vetula fuerit domi, ob moram meam. Hoc eſt oſtium, pulſate.

# LECTIO.

*Præceptor, Lucius, Æſchines, Pueri.*

PRæc. Cape tabellam abecedariam manu ſiniſtra, & radiũ hunc, quò indices ſingula elemẽta; ſta rectus, pileũ pone ſub axilla, audi attentiſsimè, quemadmodum ego has litteras nominabo; ſpecta diligenter, quò geſtu oris. Vide, vt eodẽ prorſum modo reddas, quum repoſcam. Sis mecum. Iã audiſti. Sequere nunc me ſigillatim præeũtem. Tenes probè. *Luc.* Videor mihi ſic ſatis. *Præc.* Vna quæquè iſtarũ vocatus littera, ex his quinquè ſunt vocales, a, e, i, o, u, quæ ſunt vocabulo Hiſpano. *Oveia*, quæ eſt ovis, memineris huius verbi. Hæc cum vnaqualibet, vel pluribus aliarum ſyllabam efficit; ſine vocali non fit ſyllaba, & vocalis

calis ipſa nō raro eſt ſyllabo. Itaq; aliæ omnes conſonantes nominantur: quia per ſe nihil ſonant, niſi adhibita voca; habent enim ſonum quandam imperfectum, & mancu b,c,d,g, quæ ſine, è, parum ſonant. Iam ex ſyllabis fiunt voces, ſeù verba, ex his ſermo quò belluæ omnes carent, nec tu à bellua differres, ni probè ſermonē dicas. Evigila, & nava ſedulā operā. Ito, ſede cum tuis condiſcipulis, & ediſce quæ præſcripſi. *Luc.* Non ludimus hodie. *Aeſch.* Non, nam dies eſt * operarius. Eho tu veniſſe te huc arbitraris luſum non eſt hic ludendi locus, ſed ſtudendi. *Luc.* Cur ego ludus nominantur? *Aeſch.* Nominatur quidem ludus, ſed litterarius, quia litteris eſt hic ludendum: alibi ipſa, trocho, talis; & Grecè audivi appellari ſcholam, quaſi otium; quòd verum ſit otium, & animi quies ætatem in ſtudijs agere. Sed ediſcamus, quæ iniunxit inſtitutor; ſummiſſo murmure, ne alij alijs ſimus impedimento. *Luc.* Avunculus meus, qui aliquando dedit operam litteris Bononiæ, docuit me, meliùs memoria infigi, quæ velis, ſi altiùs pronunties. Idque confirmari authoritate neſcio cuius Plinij. *Aeſch.* Si quis ita velit ediſcere ſuas formulas, in hortos ſecedat, aut in cœmiterium Templi; ibi clamet

* *Operarius, quò eſt operandum Cato.*

li-

licèt; quoad excitet mortuos. *Cot.* Pueri hoc cine eſt ediſcere garrire, iurgari? agite, convenire ad præceptorem omnes iuſſu eius.

## REDDITVS DOMVM, ET LUSUS PUERILIS.

*Tulliolus, Corneliola, Màter, Scipio, Lentulus.*

CORN. Proſperè redieris Tuliole, liber; pauliſper luſitare. *Tul.* Nondum ſtatim. *Corn.* Quid habes negarij. *Tul.* Recolere quæ magiſter, vt memoriæ commẽdarem, mandavit. *Cor.* Quæ tandẽ. *Tul.* Aſpice *Cor.* Heo, quę notę ſunt iſtę? credo eſſe formicas depictas, mea mater, quot formicas, & culices adfert Tulliolus pictos in tabella. *Tul.* Tace inſana, ſunt litteræ. *Cor.* Quæ vocatur hæc prima. *Tul.* A. *Cor.* Cur prima eſt magis A, quam hæc altera, *Mat.* Cur tu es magis Corneliola, quã Tulliolus. *Cor.* Quia ſic vocor. *Mat.* Et illæ litteræ ad eundẽ modũ. Sed ito iam luſum mi fili. *Tul.* Hic pono tabellam meã, & radiũ, ſi quis attigerit, vapulabit à matre; nõ ne mea matercula. *Mat.* Etiam mi fili. *Tul.* Scipio, Lentule adeſſe,

luſu-

luſuri. *Scip.* Quam luſionem. *Tul:* Nucibus
ludimus ad coniectum ſcrobiculi. *Lent.*
Non habeo nuces niſi paucas, & eas quaſ-
ſas ac putres. *Scip.* Ludamus putaminibus
nucum. *Tul.* Quid mihi ea proderunt, etiam
ſi lucret viginti? nullus eſt intus nucleus,
quē edam. *Scip.* Ego verò dū ludo, nō com-
medo: ſi quid volo cōmedere, matrē adeò:
Iſta nucum putamina ſunt apta ad extruen-
das formicis ædiculas. *Lent.* Ludamus par
impar aciculis. *Tul.* Adfer potius talos. *Scip.*
Adfer Lentule. *Lent.* Ecce vobis tali. *Tul.*
Quam ſunt pulverulenti, & immundi, nec
ſatis purgati à carne, & politi: iacias. *Scip.*
Pro * primatu ludendi. *Tul.* Ego ſum pri-
mus, quid ludimus. *Scip.* Aſtrigmenta.
*Lent.* Ego nolo mea perdere, nam domi cæ-
deret à pædagogo. *Tul.* Quid vir ego pe-
dere, ſi vincaris. *Lent.* Tallitra. *Mat.* Quæ
eſt iſta humi abiectio? deterritis veſtes om-
nes, & calceos, tum loco immunidiſsimo,
quin verritis prius pavimentum, & ſedetis?
adfer ſcopas. *Tul.* Quæ erit igitur ſponſio.
*Scip.* Aciculæ in ſingula punctar. *Tul.* Imò
binæ. *Lent.* Ego non habeo aciculas, depo-
nam, ſi vultis, pedunculos ceraſorū pro aci-
culis. *Tul.* Apage, ludamus ego, & tu Sci-
pio. *Scip.* Ego auſim ſorti meas aciculas
credere. *Tul.* Da mihi talos in manū vt iaciā

* *Pro primatū ludēdi, quis ludet primus* *

pri-

primus, en vici ſponſionem. *Scip.* Minimè vero: nam non ludebas ſerio. *Tul.* Quis vnquam ludit ſerio? ſeu dicas album nigrum. *Scip.* Cavillare quantum voles, non auferes modo aciculas. *Tul.* Age remitto tibi hanc manu: ludamus iam pro præmio, adſit dextera ſors. *Scip.* Victus eſt? *Tul.* Aufert. *Lent.* Cedo talos. *Tul.* In hunc iactum omnia. *Lent.* Non recuſo. *Puer.* Ad cœnam pueri, numquam ne facturi æſtis ludendi finem? *Tul.* Nunc incipimus, iſtam iam de fine loquitur. *Corn.* Ludi huius iam tædet, ludamus calculis diſcoloribus. *Tul.* Pinge tu nobis * Orbes in hoc latere carbone, aut gypſo. *Scip.* Ego malo cœnare, quam ludere, & diſcedo aciculis meis omnibus exutus fraude veſtra. *Tul.* Memineris te heri Cethegum ſpoliaſſe. Nullus vbique poteſt felici ludere dextra. *Cor.* Adfer quæſo folia luſoria, quæ invenies ſub abaco ad ſiniſtram. *Scip.* Alias id quidem, nunc non vacat; nam ſi diutiùs morer, timeo ne pædagogus meus iratus incœnem me mittat cubitum. Corneliola habe nobis parata folia iſthæc in craſtinum ſub horam veſperam. *Corn.* Si licebit, nobis per matrem, faciliùs eſſet nunc ludere, dum ſinimur.

*Orbes calculi ſũt duodeni albi, & nigri.

*Scip.* Satius eſt nunc cœnare, dum acerſia mur. *Puer.* Et mihi nihil datis, quia vos ſpectavi? *Cor.* Daremus, ſi iudicaſſes; datu nobis potiùs, quæ noſtris lucionibus te delectaſti. *Puer.* Heus pueri? Quando æſtis venturi; cœna eſt ſemicomeſa, propè eſt, vt ſublatis carnibus apponamus caſeum, & poma.

# REFECTIO SCOLASTICA.

*Nepotulus, Piſo, Magiſter, Hypodidaſculus, Lamia, Architriclinus, Florus, Antrax.*

VIxitiſne hic lautè? *Piſ.* Quid iſtuc verbi eſt. An labamur? Quotidiè manus, ac faciem, & quidem crebo, munditics enim corporis, & ſanitati, & ingenio confert. *Nep.* Non id quærò, ſed an edatis, & bibatis ex animi veſtri ſententia. *Piſ.* Nos non edimus ex animi veſtri ſententia, ſed ex palati ſenentia. *Nep.* Dico an vt vultis? *Piſ.* Maximè, nempè cum fame, & qui vult, edit, & quī non vult, abſtinet. *Nep.* Surgitis

à

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

à menſa femilici; *Piſ.* Non omninò ſaturi: nec expedit; belluarum eſt enim expleri, non hominum. Regem * quendam ſapientiſsimum narrant olimquam ſine appetitu accubuiſſe, numquam ſurrexiſſe ſaturum. *Nep.* Quid editis? *Piſ.* Quæ habemus. *Nep.* Putabam vos ediſſe, quæ non habebitis. Sed quæ ſunt iſta tandem, quę habetis? *Piſ.* Moleſtum per contatorem: quæ dantur. *Nep.* At quæ dantur? *Piſ.* Ientamus de manè ſeſqui hora; poſtea quam ſurreximus. *Nep.* Quando ſurgitis? *Piſ.* Ferè cum ſole, qui eſt dux Muſarum, & aurora gratiſsima Muſis * Silarum noſtrum eſt fruſtrum panis; aut opyri, & paulum putyri, aut fructuum aliquid, quales anni tempus ſuppeditat. Prandium, olus coactivum; vel pultes in pultarijs, aliquid pulmentarij carnium, rapæ modo, modo braſicæ, amyrum, ſimilago, oriza: tum diebus piſculentis lacticerolum in * gabatys, è quo fit butyrum expreſſum, iniectis aliquot * turundis panis, piſcis recens aliquis, ſi ſit in foro piſcatio pretij tolerabilis: in ſecus, ſalſamentum probe maceratum, hinc piſa, aut cicera, aut lentes, aut fabæ, aut lupini. *Nep.* Quantum cuique ex his? *Piſ.* Panis quantum habemus, opſoniorum quantum eſt ſatis, non ad explendum, ſed ad alendum.

** Regē Cyrum majorē.*

** Silatā ientaculum: Aut opyri ē illā farinā cōfecti ſine excatione furſuntum.*

** Gabata ſunt profundę ſcutellæ.*

** Turūdi fruſtra parva.*

Amplisſimas epulas alibi quærito; non in ſchola, vbi ad virtutem formantur animi: *Nep.* Quid bibitis? *Piſ.* Alij frigidam, alij cerviſiam tenuem; pauci, & raro vinum, & benè dilutum. Merenda eſt, ſeù (ſi id mavis) antecœnium, aliquid panis, & amygdalrum, ſeù avellanarum, ficorum aridorum, vbarum paſſarum; aut ſi ſit æſtas, pyrorum, aut malorum, ceraſorum, aut prunorum; cum verò animi gratia rus proficiſcimur, tùm edimus lac, vel liquidum, vel coactum: caſeum recentem, cremorem, lupinus lixivio maceratos, pampinos, & alea quæ Villa ſuggerit. Cœnæ caput eſt, acetarium concitum, ſale ſperſum, irroratum oleo Olivarum ex gutto: aceto etiam infuſo. *Nept.* Quid? Oleo nucum, aut raparum? *Piſ.* Apage rem inſuavem, & inſalubrem; tum in lata? Patopſide * aulicoctia vervecina * iuſulenta cum prunis paſsis, aut radiculis, aut herbulis, quæ ſiut pro introitu, interdum * tucetum ſaporis ſcitiſsimi. *Nep.* Quò condimento? *Piſ.* Fame omnium optimo, & ſapidiſsimo. Hinc certis diebus hedomadis aliquid aſsi, potiſsimum vitulibe, hœdinæ interdum in vere; pro ſecunda menſa raphani perpuſillum, & caſei non putris: nec veteris, ſed

*Auli-coctia cocta in olla.*

*Inſu-lenta cũ ipſo iure.*

*Tuce-tum eſt caro mi-nutum conci-ſa, & bi[illegible]eli[illegible]*

recentis; qui eſt quàm vetus alibilior, pyra, mala perſica, cydonia. Diebus quibus carne fas non eſt veſci, habemus pro carnibus ova aſſa, aut frixa, aut elixa ſingula per ſe, aut in librum commiſta in ſartagine, aceto, aut omphacio, non tàm infuſo, quàm inſtillato: paululum interdum piſcium; & caſeo ſuccedunt nuces. *Nep.* Quãtum cuiquè? *Piſ.* Bina ova ſingulis, & binæ nuces. *Nep.* Quid? A cœna numquàm ne comeſſatum itis? *Piſ.* Sæpiùs. *Nep.* Quid quæſo? Nam id eſt ſuaviſſimum. *Piſ.* Convivium Syri apud Terentium, aut aliquod aliud ex illis lautiſſimis Athenæi, aut ſimilium, quorũ meminerunt hiſtoriæ. Vtrùm cenſes nos porcos eſſe, an homines; qui ventriculi, quæ valetudo ſufficeret, poteſt quaternas refectiones comeſſari? Heus tu ſchola hæc eſt, non saginarium; dicunt etiam nihil eſſe pernicioſius valetudini, quàm bibere, quum ſtatim ſis iturus cubitum. *Nep.* Licebitne cœnæ veſtræ intereſſe? *Piſ.* Facilè modo venia petita à præceptore, quã ſcio illum daturum, non gravatè, nam ſolet; alioqui pravæ eſſet educationis, ingerere te convivio magiſtro, ita neſcio: & qui te adduceret nihil aliud, quàm probrum, & pudorem contraheret apud condiſcipulos. Manè pauliſper, Magiſter, hoc-

bit ne cum bona tua venia puorum quendam mihi notum adhibere noſtræ cœnæ? *Ar.* Maximè non erit moleſtus. *Piſc.* Habeo gratiam. Hic quem vides geſtantem mantile pro focali, eſt Architriclinus huius hebdomadæ; nam hebdomarios habemus hic Architriclinus, vt Reges. *Ar.* Lamia quota eſt hora? *Lam.* Horas non audivi à tertia intentus compoſitioni epiſtolæ. Florus meliùs id nolit, qui toto hoc pro meridiano tempore librum non vidit, neque chartam. *Flor.* Amicum teſtimonium, & apud magiſtrum iratum valde vtile. Sed qui potuiſti te id animadvertere, immerſus (vt ais) compoſitione epiſtolari? Planè malevolentia te coegit mentiri. Gaudeò profectò, inimicū meum pro mendaci haberi. Si quid me poſt hac voluerit calumniari, carebit fide. *Ar.* Non potero alicunde cognòſcere de hora? Antrax, tranſcurre ad divi Petri, & inſpice horas. *An.* Index ſignat iam ſextam. *Arc.* Sextam verò; Eia pueri agite, eia conſurgite, abijcite citò libros, vel quò cervi cornua; Parate menſas, inſternite, apponite ſedilia, mantilia orbes, quadras, panem dicto citiùs volate, ne tarditati noſtræ inſtitutor ſuccenſeat. Promę tu cerviſiam, tu hauri aquam de ciſterna, appone ſcyphos, quid iſtuc

rei

rei eſt; tam obnubilatos adfers? Refer in culinam, vt famula eos fricet, & extergat probè, quo ſint nitidi, & fulgentes. *Piſ.* Nunquam aut hoc perfeceris, quandiu ſimiam hãc habebimus miniſtram culinariã: numquam audes fortiter confricare, quæ mandat, ita timidis ſuis digitis: nec habuit niſi ſemel, & tepida. *Arc.* Quin ad mones de eo præceptorem. *Fl.* Satius eſt quæri apud famulam antrienſem: nam in eius manu eſt mutare famulas culinarias. Sed eccum præceptorem. Tu ipſe perluito hos calices, frica folio fici, vel vrticis, arena aqua, nequit houic habea magiſter iure reprehendendum. *Mag.* Sunt parata omnia? Eſt aliquid quod vos remoretur? *Arc.* Nihil omnino. *Mag.* Ne poſtea facturi ſimus intervalla magna inter miſſus. *Arc.* Miſſus verò? Miſſum potius dixeris, & cum exiguum. *Mag.* Quid tu muſitas? *Arc.* Dico, vt aſsideas, eſſe tempus, & propè modum corrumpi cœ nam. *Magiſter.* Pueri abluite omnes manus, & os. Vah, quod mantile! Qui hic ſe extergunt, vbi mundantur? Cura, adfer aliud purius. Sedeamus more ſolito. Eſt is puer conviva noſter. *Piſ.* Eſt hæres. *Mag.* Cuias eſt? *Piſ.* Flander. *Mag.* Ex qua Vrbe illius provinciæ? *Piſ.* Brugenſis. *Mag.* Recipe illum ſupra te.

Expediat quiſque cultellum ſuum, & purget quiſque ſuum panem, ſi quid hæret, vel cineris, vel carbonum in cruſta: lacret menſam cuius eſt in vices hac hebdomade. *Flo.* Paſce animos noſtros CHRISTE charitate tua, qui benignitate tu alis vitas omnium animantium: ſancta ſint Domine hæc tua mune a nobis ſumentibus, ut tu, qui ea largiris, ſanctus eſt. Amen. *Mag.* Sedete, quantum licet, laxè ne comprimatis mutuo, quandoquidem eſt ſatis loci. Et tu habes cultellum Brugenſis? *Piſ.* Prodigium, Flander ſine cultello: & quidem Brugenſis, vbi cuduntur optimi. *Nep.* Mihi vero cultello nihil eſt opus, dentibus frangam mordendo, vel digitis buccellatim comminuam. *Hyp.* Ferunt illud de morſibus tum gingivis, tum candori dentium eſſe perutile. *Mag.* Vbi feciſti Latinæ linguæ tyrocinium: nam non videris mihi pravè inſtitutus. *Nep.* Brugis, ſub Ioanne Theodoro Nervio. *Magiſt.* Viro diligenti, docto, provo Brugæ elegantiſsimæ, niſi quod pereunt in dies vitio plebis profuſiſsimæ, dolendum eſt. quampridem illinc veniſti? *Nep.* Nudiuſtertius. *Magiſt.* Quam nuper cœpiſti ſtudere? *Nep.* Ab hinc annos tres. *Magiſt.* Non poteſt te profectus pœnitere. *Nepo-*

*gulus.* Meritò, nam, & habui Magiſtrum non pœnitendum. *Magiſt.* Sed quid agit Vives noſter. *Nepotul.* Dicunt eum agere athletam, non tamen athleticè. *Mag.* Quid iſtuc rei eſt? *Nep.* Quia luctatur ſemper, ſed parum fortiter. *Magiſt.* Cum quo? *Nep.* Cum ſuo morbo articulari. *Magiſter.* O luctorem doloſum, qui primum omnium invadit pedes. *Hyp.* Imò lictorem ſævum; qui totum corpus conſtringit. Sed tu quid agis? quid ceſſa? videris huc ſpectatum veniſſe, non cœnatum. Nemo veſtrum attingat pileum inter cœnandum, nequis capilus involet in patinas; cur non tractatis hoſpitem comiter? *Mag.* Nepotule, præbibo tibi. *Nep.* Præceptor, accipio animo libentiſsimo. *Hyp.* Exinanias calicem tuum, quando quidem ex guus hauſtus reſtat. *Nep.* Hoc eſſet mihi novum. *Magiſt.* Quid non exinanire? Sed tu Hipodidaſcale quid dicis? quid adfers novi ſuper cœnam? *Hyp.* Ego verò nihil dico, ſed hiſce duabus horis multa cogitavi de arte Grammatica. *Magiſt.* Quæ tandem? *Hyp.* Recondita ſane, & ex penetrabilibus diſciplinæ. Primum cur Grammatici poſuerunt tria genera in arte, cùm ſint tantum duo in natura? Aut cur natura non producit res neutrius generis, ſicut maſcu-

lini, & fœmini? Non poſſum cauſam exculpere tanti myſterij. Deinde philoſophi dicunt eſſe tantum tria tempora ars noſtra ponit quinque, ergo ars noſtra eſt extra rerum naturam. *Mag.* Imò tu ipſe es extra rerum naturam; nam ars in rerum natura eſt. *Hyp.* Si ego ſum extra rerum natura, quomodo poſſum comedere hunc panem, & has carnes, quæ ſunt in rerum natura? *Mag.* Tanto tu deterior qui venis ab altera rerum natura, vt comedas quæ ſunt in hac noſtra. *Hyp.* * *paraphtgena a prodiolyſun*, aliam ego vellem ſolutionem mearum quæſtionum, vtinam haberemus nunc Palæmonem aliquem, aut Varronem, qui has quæſtiones poſſet profligare. *Mag.* Quin potius Ariſtotelem, aut Platonem. Habes aliquid aliud? *Hyp.* Heri vidi ſcelus capitale admitti. Ludi magiſter vici recti capro olidior, qui in phrontiſterio ſuo in pecore, & fœtore docet auditores diabolarios, ter aut quater pronuntiavit volucres accentu in penultima; ego verò miratus ſum terram illi non dehiſcere. *Mag.* Quid aliquid decebat talem ludi magiſtrum dicere? Et eſt alioqui in formulis Grammaticis valdè detritus. Sed tu in re levi nimium tumultuaris, * & facis tragœdiam ex comœdiam, ſeu

*Id eſt reſponſum à tenuum a propoſito.

*Id eſt præter rem reſpodeas.

Mimo veriùs. *Hyp.* Equidem abſolvi penſum meum, nunc tuæ ſunt partes; dic tu vicilsim aliquid inter cœnam. *Mag.* Nolo ne tu vicilsim, *paratbegis.* Inſſulenta hæc jam conglaciam, adfert * foculum menſa rium: excalfacite aliquantulum priuſquam panem intingatis raphanus hic nō eſt eſui, adeò eſt lentus, nec minus ſunt ridiculæ juſſulentæ. *Hyp.* Lentorem profectò non à macello attulerunt, ſed hic contraxerunt in noſtro penore, quà cella nihil eſt penui incommodius. Neſcio quid iſthuc rei eſt, ſemper aoferuntur hec oſſa emedulata. *Mag.* Parum habent oſſa medullatum * ſublunam ſilentem. *Hyp.* Quid quum eſt plena? *Mag.* Plurimum. *Hyp.* Tum verò oſſa noſtra habent minimum, ſeù nihil veriùs. *Mag.* Non obſervet nobis medullas luna. Sed noſtra Lamia nimis hinc indidit piperes, & zingiberis, & in iure hoc, & toto acetario, nimium menthæ, petroſelini, ſalviæ, erucæ, naſturtij, Hyſſopi, nihil puerorum, & adoleſcentum corporibus æquè damnoſum, vt cibi, qui interiora feru efficiunt. *Arc.* Quibus igitur ex herbis velles confici? *Mag.* Lactucis, bugloſſa hortenſi, & portulaca, & petroſelini aliquid admiſceri. Heus tu Gingolfe, ne extergas labra manu, aut

*Foculus menſariùs eſt calfactorium menſe aptum.

* Sub lunam ſilentē prope novi unium.

manica, ſed ſimul ipſa, ſimul manum mantili; nam ideò tibi datur carnes ne attingas, niſi ab eà parte, quam tibi es ſumpturus. Tu Dromo, non animadvertis te machinas tuas inficere pingui carnium? Reduceas, ſi ſunt apertæ ad humores; ſi non ſunt corruga, vel complica ad cubitum; quæ ſi relabuntur, affige acicula, ſed quo magis te decèt, ſpina. Tu Domaniſter delicatule, in menſam incumbis? Vbi id didiciſti? In hara quapiam; heus ſubijcite eius cubito pulbillum Architricline, vide ne * analecta hæc pereant, reconde in promptuarium telle primum omnium ſalinum, hinc panem, tum lances, diſcos, mantilia, poſtremò mappam; mundet quiſquè ſuum cultellum, & reponat in vaginam. Heus tu Cinciole, ne ſcalpas dentes ſcalpello, nam eſt noxium, conficito tibi denti ſcalpium penula, vel bacillo tenui acuminato: & ſcalpè modicè, ne gingivas ſcarefices, & ſanguinem elicias. Conſurgite, & abluite manus, priuſquàm recitetur gratiarum actio. Amove menſam, voca miniſtram, vt pavimentum hoc ſcopis verrat. Hagamus CHRISTO gratias, præeat verbo, qui ſacravit menſam. *Flor.* Pro cibo temporatio grarias hagimus Chriſte Domine temporarias, fac vt pro immora-

** Analecta reliquiæ, quæ colligitur.*

tas

talitate hagamus æternas. Amen. *Mag.* Ite luſum, & confabulatum, & deambulatum; quò libuerit, dùm licèt per lucem.

# GARRIENTES.

*Nugo, Graculus, Turdus, Babilius, Obſervator.*

NVg. Aſsideamus in hac trabe; tu Gracule, è conſpectu in ſaxo illo, modo ne impedimento ſis quò minus cernamus præter euntes, apricemur nos ad hunc parietem egregiè ſoli oſtentum. Quam grandis truncus, & cui vſui? *Tur.* Vt nos hic ſedeamus. *Nug.* Oportet fuiſſe procerisſimam, & latam arborem; vndè eſt ſumptus. *Tur.* Quales ſunt in India. *Gra.* Qui ſcis? Fuiſti tu in India cum Hiſpanis? *Tur.* Quaſi ſcire aliquid de regione quàpiam nō poſsis, niſi in ea fueris; ſed dabo tibi auctorem meum, Plinius ſcribit India creſcere ad eam altitudinem, quæ non poſsit iaculo ſuperari; & gens illa quidem ſumptis non trada pharetris, vt ait Virgilius. *Nug.* Scribit etiam Plinius turmam equitū condi ſub ramis. *Tur.* Nemo id miretur, qui ſcipos illius regionis conſideret; quibus

bus infirmi fulciunt graduum, divites dumtaxat. *Gra.* Heus, quota eſt hora? *Nug.* Nulla: nam horarum tintinnabulum nunc funditur; adfuiſti. *Gra.* Non ſum avius; nam aiunt rem eſſe periculoſam. *Nug.* Ego interfui, & vidi innumeras mulieres pregnantes tranſilire canalem fuſionis; qui eſt ſub terram conditus. *Ter.* Audivi hoc illis eſſe ſalutare. *Gra.* Ea eſt colus philoſophia; vt dicunt, ſed de hora quærebam. *Nug.* Quid tibi opus eſt hora, ſi quid vis agerere? Deum eſt opportunitas; eſt hora. Sed vbi eſt horologium ituum viatorum. *Gra.* Excidit mihi nuper, quum fugeré canem olitoris poſt decepta pruna. *Tur.* Ego te currentem vidi de feneſtra, ſed quò te recepiſſes, ſpectare non potui, quia impedimento mihi erat hortus penſilis, quem ibi mater affixit patre invito, & multum reclamante; mater verò in propoſito conſtut obtinuit, ne tolleretur. *Nug.* Quid tu? Tacebas? *Tur.* Flebam tacitus, quid enim aliud agerem diſſentientibus mihi chariſſimis captibus? Tametſi mater iubebat me ab ſe ſtare, & clamare ſtrenuè, ſed mihi non erat cordi quicquam adverſus patrem muture. Ergo miſſus ſum ad ſcholam, quatuor continuis diebus inientatus à matre irata, & deitare me non eſſe ex ſe natum, ſed

commutatum à nutrice; de quo ait dictutam ſe nutrici diem apud Prætorem capitalem. *Nug.* Quid rei eſt Prætor capitalis? An non Prætor omnes habet caput? *Tur.* Quid ego ſcio; ſic illa dixit. *Gra.* Heus qui ſunt iſti penulati, & ocreati? *Nug.* Galli ſunt. *Gra.* Quid; eſt ne pax? *Tur.* Bellum narrabant futurum, & quidem atrox. *Gra.* Quid adferunt? *Tur.* Vinum. *Nug.* Exhilarabant multos. *Gra.* Scilicèt, non ſolùm vinum exhilarat, ſed vno mentio, & recordatio. *Nug.* Viniſos vtique mea nihil refert, qui aquam bibo. *Gra.* Numquam facies bonum carmen. *Tur.* Noſti illam mulierem? *Gra.* Non; quænam eſt? *Tur.* Aures habet goſsipio obturatas. *Gra.* Quid ita? *Tur.* Nequid audiat, quia male audit. *Nug.* Quam multæ peſsimè audiunt auribus parentibus, & benè perforatis. *Tur.* Credo huc pertinere, quod eſt apud Ciceronem in Tuſculanis quæſtionibus. Surdaſter erat M. Craſſus, ſed illud peius, quod male audiebat. *Nug.* Non dubium eſt quin hoc ad infamiam ſit referendum. Sed heus tu Bambalio inveniſti tuas Tuſculanas quæſtiones? *Bab.* Etiam apud Propolam, adeò interpolatas, vt non agnoſcerem. *Nug.* Quis ſurripuerat? *Bab.* Vatinius, quod illi malè ſit. *Gra.* Vah homi-

hominem manibus aduncis, & picatiſsimis ne admittas eum vmquam ad tuas caſas, nec ad ſcrinia, ſi vis omnia eſſe ſalva. Neſcis illum crumeniſecam exiſtimari ab omnibus, & de crumeniſecio accuſatum apud gymnaſiarcham? *Nug.* Soror puellæ illius enixa eſt heri gemelos. *Gra.* Quid mirum Mulier quædam via ſalaria ad Leonem galeatum, peperit nudiuſtertius ter geminos. *Nug.* Plinius dixit, ad ſeptimum poſſe procedi. *Tur.* Quid veſtrum audivit de vxore Comitis Bataviæ? Quam ferunt vno partu tot edidiſſe, quot ſunt in anno dies ex Imprecatione mendicæ cuiuſdam. *Gra.* Quid iſtuc fuit de mendica? *Tur.* Mendica hæc libris onuſta, petijt ab hac Comite ſtipem: illa vbi conſpexit tot pueros, convitio illam agit, ſcortum vocitans: negabat enim poſſe fieri, vt ex vno viro tantam ſobolem ſuſcepiſſet. Innocens mendica precata eſt divos, vt ſi ſe caſtam, & puram ſcirent, daret Comiti ex marito ſuo tot fœtus vno conceptu, quot ſunt in anno dies; & ita contigit: oſtenditurque propago numeroſa illa in oppido quodam illius inſulæ. *Gra.* Malo credere quàm exquirere. *Nug.* Omnia ſunt Deo poſsibilia. *Gra.* Imò vero facillima. *Nug.* Non noſti illum nauſtam, retibus,

bus, comitatum canibus, cum * cauſia, & peronibus, vehentem cantherio ſtrigoſiſsimo? *Tur*. Eſtne Manuius veſificator? *Nug*. Eſt plane. *Tur*. Quæ nam tanta metemorphoſis? *Nug*. Ex Minuera tranſit ad Dianam; id eſt, ab honeſtiſsima occupatione ad inanem, & ſtultum laborem. Pater eius mercimonijs faciundis auxerat rem, hic paternam artem dedecori ſibi eſſe duxit, vertit ſe ad alendos equos, & venationem, non aliter ratus poſſe nobilitatem generis venari. Nam ſi quid ageret vtile, non haberetur pro nibili. Sequitur eum venantem talis Curius pere rusticus homo, aleator famoſiſsimus, & qui probe novit taxillos mittere * compoſitos: domi habet ſodalem Tricongium. *Tur*. Imò amphoram. *Gra*. Imò ſpongiam. *Nug*. Imò arenam Africæ aridiſsimam. *Bab*. Aiunt illum ſemper ſitire. *Nug*. An ſitiat neſcio, ſemper certè paratus eſt potare. *Bab*. Auſculta luſciniolam illam. *Grac*. Vbinam eſt? *Bab*. Non vides eam in ramo illo ſedentem? Vide, vt canit ardenter, nec intermittit. *Nug*. Flet philomela nefas. *Grac*. Quid mirum dulcitea eam garrire, quæ ſit Attica? Vbi etiam fluctus maris, non ſine numero alliduntur litori. *Nug*. Plinius ſcribit,

** Cauſia eſt pileus latus adverſum æſtum.*

** Compoſitos, ita vt cadant vt ipſe vult.*

eam præſentibus hominibus diutius, & accuratius cantare. *Tur.* Quid cauſa eſt? *Nug.* Ego tibi cauſam aperiam: Cuculus, & philomela eodem cantant tempore, verno, ſcilicèt, ab Aprili medio ad Maium exactum, aut eo circiter. Hæ duæ aves in contentionem venerum de ſuavitate concentus: quæſitus eſt iudax; & quia de ſono erat certamen, aptiſsimus viſus eſt ad eam cognitionem aſinus, qui præter cæteras animantes grandes haberet auriculas. Aſinus repudiata luſcinia, cuius ſe harmoniam negaret intelligere, victoriam cuculo adiudicavit; philomela ad hominem appellavit. Quem vbi vide, agit ſtatim cauſam ſuam, canit diligenter, vt ſe illi approbet ad vindicandam iniuriam ab aſino acceptam. *Grac.* Habeo cauſam Poëta dignam. *Nug.* Quid ergo? Expectabas philoſopho dignam? Poſce à nobis illis magiſtris Pariſienſibus. *Grac.* Plerique illorum veſtibus ſunt philoſophi, non cerebro. *Nug.* Quid ita veſtibus? Nam coquos potius dixeris, aut muliones. *Grac.* Quia geſtant eas craſſas; detritas, laceras, luculentas, immundas pediculoſas. *Nug.* Erunt ergo Philoſophi Cynici. *Grac.* Imo Cynici, non quod videri eſſ̄ ſtant. Peripatetici, quippe Ariſtotelis ſectæ Princeps cultiſsimus

fuit

fuit. Ego verò longum vale dico iam nunc philoſophiæ, ſi aliter non poſſum eſſe philoſophus. Quid enim pulchrius, & homine dignius, quam munditiem, & civilis quidam cultus in victu & veſtitu? Eà in re an teſtantur mea ſententia Lovanienſes, Pariſienſibus. *Tur.* Quid tu? Non putas eſſe impedimento ſtudijs nimiam curam munditiæ; atquè elegantiarum? *Gra.* Ego quidem munditiem probo, anxiam, & moroſam illius curam improbo. *Nug.* Damnas tu elegantias de quibus ſcripſit. Vallatam diffusè, quaſi è adeo diligenter commendant nobis noſtri præceptores? *Gra.* Alia eſt verborum in loquendo elegantia, alia rerum inveſtiendo. *Tur.* Scitis quid eſt mihi narratum à tabellario Lovanienſi? *Nug.* Quid tandem? *Tur.* Clodium ardere perditè in puellam quandam, & Laconem tranſtuliſſe ſe ad mercaturam a litteris, hoc eſt, ab equis ad aſinos. *Nug.* Quid audio? *Tur.* Clodium notatis omnes ſucci plenum, rubicundulum, benè habitum, hilarem, vultu renidenti, comem, feſtivum confabulatorem: nunc refert illi, eſſe exuccum, exanguem pallido colore, atque adeò luridum imbecillum, horridum trucem, taciturnum, fugitantem lucis, & humani conſortij; nemo qui illum vidiſſet prius, iam agnoſceret.

*Nug.* O miſerum adoleſcentem: vndè id mali? *Tur.* Ex amore. *Nug.* At vnde amor? *Tur.* Quantum ex oratione tabellarij potui colligere, reliquerat ſeria, & ſolida ſtudia, dediderat ſe ſe cunctum Poetis laſciuis, Latinis, & linguæ vulgatis, indè prima animi præparatio, vt ſi quà ignis ſcintilla in illum incideret fœmitem, quantumlibet exigua, ſubito inflammaretur velut ſtupa, tradiderat ſe ſomno, & otio. *Nug.* Quid neceſſe habes plures, aut maiores cauſas amandi commemorare? *Tur.* Nunc inſanit, ambulat plerumquè ſolus, ſemper autem, vel tacitus, vel cantilans aliquid, & moludans, ſcribit verſus ſermone vernaculo. *Nug.* Scilicèt quos legat ipſa Lycoris. *Gra.* O CHRISTE auerte ab animis noſtris tam pernicioſum morbum. *Tur.* Niſi me ingenium Clodij fallit, recipiet ſe aliquando ille ad frugem meliorum, peregrinatur, animus eius innequitia, non habitat. *Gra.* Et ille alter quas mercaturas exercet? *Tur.* Miſit ad patrem epiſtolam flectibilitèr conſcriptam de miſera conditione ſtudioſorum, quam quod eſſet * apertilis, legit ipſe tabellarius. Pater homo craſſe Mineruæ, tranſtulit eum à chartis ad lanas, pannos, glaſtum piper, zingiber, cinnamum. Nunc

* *Apertilis, quæ aperiri poſſet integra.*

Nunc ille ſuccinctus bracha, mirè diligens, & ſedulus in aromataria taberna vocat ad venta tores, excipit blandus, ſcandit, deſcendit, per ſcalas infeſtiſsimas; profert ſuas merces, vertit, invertit, mentitur, peierat; omnia ſunt illi leviora, quàm ſtudere. *Nug.* A puero novi illum attentum ad rem, & delectari nummulis, itaquè potiorem habuit nummationem quàm litteraturam, & vile lucrum antepoſuit excellentiæ eruditionis; aliquando pœnitebit eum. *Tur.* Sed ſerò, *Nug.* Indubie, provideat, ne accidat ſibi, quod ſuo conſobrino. *Tur.* Cui? *Nug.* Antronio in angi portu pomotum, ad tres gracculos. Non audiſti illum ſuperiore anno decoxiſſe? *Gra.* Quid decoxit quæſo? Et ne hoc tantum malum? An non quotidiè id ſit in culinis omnibus? *Tur.* Decoxit rem. *Gra.* Quàm rem? *Tur.* Alienam, & * conturbavit. *Gra.* Nihil ne reddidit creditoribus? *Tur.* Ex compactione; nam receperat ſe in aſylum, vncias ternas ex libris ſingulis. *Gra.* Hoc vocas tu decoquere? Cùm nihil ſit crudius; ſed quomodò amiſit? *Tur.* Audivi equidem nuper de patre, non ſatis tamen intellixi, narrabat pater eum feciſſe verſuras damnoſiſsimas, quæ deglubcrunt eum, & devorarunt vſquè ad oſſa. *Gra.*

* *Conturbavis rationes, ſcilicèt, nolens ſolvere creditoribus.*

 Quid

Quid rei eſt vertura? Quid degublere? *Tur.* Ne ego quidem novi, credo eſſe aliquid de furibus. *Nug.* Vides illum obelum, quem putes vix ſe poſſe commovere? Petauriſta eſt, & funambulus. *Grac.* Ah tace, rem narras incredibilem. *Tur.* Non ipſe quidem ſuo corpore, ſed calcibus. *Grac.* Adferebat aliquid aliud novi tabellarius de noſtris ſodalibus? *Tur.* Etiam de Hermogene, qui in omni noſtro certamine ſemper ferebat primas, is admirabili mutatione ex ingenioſiſsimo, & (ut ætas illius ferebat) doctiſsimo, repente factus eſt tardiſsimus, & rudiſsimus. *Nug.* Tale quidam ſæpè vidi accidere in quibuſdam acutulis. *Bab.* Aiunt id fieri, quum ingenij acumen non eſt ſolidum: ut in ſcalpellis, quorum acies facilè retunditur, præſertim ſi quid ſecet paulò duriùs. *Gra.* Quid eſt ne acies in ingenio, ſicut in ferro? *Bab.* Neſcio: ferrum ſæpè vidi: ingenium nunquàm vidi. *Nug.* Quid factum eſt adoleſcenti illi pagano, qui ſuperiori menſe exhibuit nobis * prandium adventorium, referctum delicijs ruſticis, ad quem à fuga retrahendum præceptor miſerat quatuor * fugitivarios? Et erat formoſulus. *Tur.* Venuſtus aſinus. Puella * amanuenſis amicæ meæ, quæ puella eſt illi ſoror patruelis, con-

** Prandium adventoriũ pro ſuo fœlici adventu*

** Fugitivarij qui retrahũt ſervos à fuga.*

** Amanuenſis, quã verba habet ſemper ſibi parata ad manum.*

con

convenit illud nuper in pago ſuo; nullo capite, impexum, horridum, ſentum, cum * gallicis, & tunica * villoſa, levidenſa, vendentem in trivio quodam chartaceas imagines, & tabellas elementarias cantantem cantiones novas in circulis. *Gra.* Oportet illum eſſe ortum claro ſanguine. *Tur.* Quid iſtuc? *Gra.* Quoniam pater eius eſt de genere Coclitum. *Nug.* Non tam ad arguit nobilem virum, quam bonum iaculatorem: * collimabit facilè. *Tur.* Aut fabrum tignarium, qui oculo rubricam dirigit vno. *Nug.* Nunquam placuit mihi illi puer, nec dederat mihi ſignificationem aliquam virtutis. *Grac.* Quid ita? *Nug.* Quia nec amabat ſtudia, nec præceptorem reverebatur, quod eſt perditi animi argumentum evidentiſſimum, & ſenes irridebat, & calamitoſos ſubſanabat. Sed quis eſt iſte ſericatus torquatus, bracteatus auro? *Grac.* Ex genere clariſsimo matrem habet nobiliſſimam, & fœcundiſsimam. *Nug.* Quam? *Grac.* Terram, & vix credas quas ſemper faciat delicias: dicas puerulum in cunis adhuc & crepundijs vagientem. *Nug.* Atque lanugo illi incipit iam per malas ſerpere. *Bab.* Hem obſecrator venit expedire libros, explicatæ, incipite evolvere. *Grac.* Nec fuit his multis hebdomadibus

*Gallica ſed ei lignei.

*Villoſa lavidiſſe craſſa qualis eſt friſta.

*Collimabit, attinget ſcopum.

obſervator magis curioſus, qui tàm gauderet defenſis ad magiſtrum criminibus. *Beat.* Vtinam ſaltem nos veræ culpæ reos ageret, ſed calumniatur plerumque. *Nug.* Hic murus æneus eſto. Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa, ſed quieſcite, ego illum ſtatim hinc fugabo. *Obſ.* Quid tu dicis Vacia! *Nug.* Quid tu Vacrax? *Obſ.* Quid tu Vatracho myomachia? Sed ioco amoto, quid hic agitur? *Nug.* Quid ageretur? Quod inter bonos ſcholaſticos, & ſtudioſos; legitur, ediſcitur, diſputatur. Dic ſodes capitulum lepidiſsimum, quis eſt apud Virg. Tranſverſa tuentibus hircis? *Obſ.* Benè facitis. Pergite ſtudere, vt bonæ indolis adoleſcentes decet; mihi aliud nunc eſt negotij, vos valebitis. *Nug.* Satis nugatum eſt, revertamur ad ludum, ſed priùs relegamus, quæ præceptor explicavit; tum vt diſcamus, tum vt illi placeamus, & nos approbemus; quod cuique noſtrum debet eſſe in votis, non minus, quàm patri.

## ITER, ET EQVVS.

*Miſsipus, Philippus, Miſoſpudus, Planetes, Ruſticus.*

PHil. Vultiſne proficiſcamur animi gratia Boloniam, quæ eſt ad Sequanam?

*Miſsip.*

*Miſsip.* & *Miſoſ.* Nihil malumus, die præ- ſertim ſereno, & à ventis ſilenti, tum etiam in noſtro prædagogio feriato. *Phil.* Cur non eſt vobis operarius? *Miſoſ.* Quia Plane- dulſus madefacturus eſt hodie ingenti pran- dio magiſtros omnes in honorem laureæ ſuæ magiſtralis. *Plan.* Vah quantum pota- bitur. *Miſoſ.* Multò plus ſitietur. *Miſsip.* Ego habeo aſturcumē. *Phil.* Et ego equum meritorium, conductum de luſco impoſ- tere. *Miſoſ.* Ego, & Planetes vehemur rhe- da; reliqui, ſi videtur, vel pedeſtres ſe- quentur nos, vel vi brachiorum agent Cymbam contra curſum amnis. *Plan.* Imò equis tractur. *Miſoſ.* Vt erit cordi; nam no- bis * pedeſtre iter magis placet. *Phil.* Eia puer fræna equum mecum, & insterne. Quid malum, magno indis lupatum? Or- na potius fræaulo illo levi cum bullis. *Puer.* Huic, nec * oream habeat, nec * au- reas. *Phil.* Si ſcirem quis fregiſſet, ego illi frangerem. *Miſsip.* Quid tu nunc di- cis concitatus? *Philip.* Panem in cœnam accipe, vndè poteris, accommodato. *Puer.* Scilicèt in medijs pædagogijs quæris tu, vel equos, vel equorum ornamenta. *Philip.* Supple igitur, quæ deſunt, ex hoc fune. *Puer.* Erit deforme. *Phil.* Abi inſa- ne, quis videbit extra Vrbem? *Puer.* * An- ti-

* Pedeſtre idē quod terreſtre.

* Orea corrigia quæ eſt ſub ore.

* Aureas corrigia ad aures.

* Antilena, eſt lorum ante pectus.

tinera eſt diſſuta. *Phil.* Sacias ligula ad ſtrictoria aliqua. *Puer.* Non habet * poſtrilenam. *Phil.* Nec eſt opus. *Plan.* Magnum equitem, & exercitatum; delabetur ephippium ad collum, & effundet te equus ſupra cappe. *Phil.* Quid ad me? luteoſa eſt magis via, quam lapidoſa, inficiar cœno, non cruentabor. Sed ſi hæc omnia apparanda, non hinc diſcedemus ante veſperum, adhuc equum qualicumque ornatus. *Puer.* Paratus eſt, conſcende; ah quis agis? pedem dextrum ponis priorem in ſtapidam *Phil.* Vtrum ergo? *Puer* Siniſtrum, & habenas ſiniſtra manu rege; dextra cape hanc virgulam, quæ erit pro calcaribus. *Phil.* Non indigeo, calcanei erunt mihi vice calcarium. *Puer.* Iubellum Turcam videtis, aut qui cum hoc eſt congreſſus, Aſellam. *Phil.* Apage hiſtorias in procincta, vbi reliqui? *Puer.* Ite, ego comitabor vos pedeſter. *Miſsip.* O equum moleſtiſsimum ſuccuſſatorem, oſſa mihi omnia contuderit priuſquam perveniamus in oppidulum. *Phil.* Quid malum eſt ſtratum iſtud tuum? clitella, eſt, vt puto *Miſsip.* Paulò minus. *Phil.* Quanti, quanti? *Miſsip.* Numis Turonicis libus quatordecim. *Phi.* Equũ ipſum cum ſuo victu, & veſtitu tanti non emerim, nec videtur mihi equus vector, nec ephippiá

* *Poſtilena lorum ab ſtrata, ad caudam.*

piariûs, ſed iumentum cliteralium, & iu-gale, aut dorſuale; animadverte quæſo, vt paſſim cepitat? Vel in chartam, aut latum culeum impingeret. *Miſip.* Quid tu de eò dicis? Pullus eſt adhuc. Sed garrias, quę voles: vides tu hunc equum? Is qualis qua-lis eſt, me vehet, aut ego illum. *Puer.* Vn-gulam habet teneriman miſer. *Phil.* Quid admonuit te tàm accuratè vnoculus, quũ tibi eum inſternteret? *Miſip.* Rogavit ver-bis amàriſsimis, ne duo inſideremus equò, alter inſtrato, alter ſuper clunes, & vt in equili diligenter ei * ſubſternerem. *Puer.* Nimirum eget miſellus, qui latera habet nudata carne. *Phil.* Quid agitis vos? Non aſcenditis in rhedam. *Plau.* Probè mones, rhedarius petit nunc altero tantò plus, quã quanti eramus pacti. *Phil.* Cùm rhedarijs eſt vobis res, & cum naviculatoribus? Facilè conficientis omnia, & ex animi ſententia genus hominum eſt mite, manſuetum, co-me, vrbanum, pium. Rhedarij ſunt fex terræ naviculatores fex maris; date illi di-midium eius, quod plus poſcit. *Puer.* Quò tâm eſſe iam horam cenſeris? *Phil.* Ex ſole conijcio eſſe vltra decimã. *Puer.* Aperuit iam meridies. *Phil.* Itane? Heus Miſippe eamus; ſequatur qui poterit. Invenient nos ad Galerum purpureum; eà eſt taberna

* *Sub-ſternere paleam ad cu-bandũ.*

di-

diverſoria ſita contra Regiam Pyramidem; non procul à domo * Curionis. *Miſsip.* Quà egrediemur. *Philip.* Per portam Marcenillam: ad dextram ſimplici via, & directa. *Miſsip.* Imò teneamus hanc ſemitam, via iucunda, & placida. *Phil.* Minimè vero, nihil commodius ac tutius, quàm via regia; nam tranſverſis itineribus amittemus comites: præſertim quod trames ille, niſi me fallit memoria, eſt valdè ſinuoſus, & ambagioſus. *Miſ.* Qui ſunt iſti haſtati? Videntur milites ex illis mercenarijs. *Phil.* Quid agendum? *Miſ.* Revertamur ne nos ſpolient. *Phil.* Progrediamur; nam facilè evademus eos curſum equorum per campos. *Miſ.* Quid ſi geſtent * tormenta manuaria? *Phil.* Nihil tale cerno, ſed ſolas ſariſſas. *Miſ.* Accede propiùs puer. *Puer.* Quid rei eſt? *Miſ.* Non tu vides illos Germanos? *Puer.* Quos? *Miſ.* Illos huc venientes adverſum nos. *Puer.* Planè ſunt Germani, ſed Pariſienſes, ruſtici duò cum ſuis baculis. *Miſ.* Profectò ita eſt verè ſi tibi animam mihi, & vitam reddidiſti: Sed ubi Moſoſpodus, & Plenetes. *Puer* Rhedarius iratus, quod non quantum poſtulaverit, accipiat, dixit, eos via ſalebroſa; equidum magna nituntur vi rotas in alto cœno hærētes extrahere, temorē, & helcia cõfrege

runt

* *Curio, eſt Sacerdos, qui præeſt Parochiæ, Curatus, vulgò.*

* *Tormenta manuaria, quas ſcopetas vocant.*

runt; tum cati revulſi ſint cum clavis; & ipſe totam ſufflaminaverat imprudens, bili excecatus: nunc ea reficit ſtomachabundus, & convicians divis omnibus, vectores quoquè diris devovens atrociſsimis. *Phil.* Quæ capiti illiùs ſint. *Pu.* Puto eos rheda relicta tranſituros in ſarracum, quod ſine onere habet iter Boloniam. Glaucus, & Diomedes ingreſsi erant in ſcapham quandam; ſed nautæ negant ſe hoc vento poſſe remis, aut contis agere navigium * equos helciarios narrant omnes eſſe occupatos, neſcio quà materia vehenda: ita nondum religarant * primneſium. *Phil.* De naulo nihil nobis? *Plat.* Nihil prorſum *Phil.* Mirum eſt, ſed conijcio, quid futurum ſit, non pervenient in Bolonia ante ſerum die. *Miſ.* Quid tum? Sumemus die cratinum totum, ad tenendum animum Miſpice, vt fluviolus ille leniter labitur, aquæ planæ criſtalinæ inter ſcrupos: an reos, quam iucundum murmur. Audis luſciniolam, & carduelem? Profectò territorium hoc Pariſienſe amœniſsimum eſt. *Phil.* Quod ſpectaculum poteſt eſſe huic par? Quam placido agnime fluit Sequana, vt fertur navicula illa plenis ſinibus, & ſecundo vento mirificè, his omnibus redintegrantur animi, ò parum miro arti-

** Equi helciarij, qui trahũt navigiũ, aut ſimilia.*

** Prymno eſt funis, quò navicula terra alligãtur.*

artificio veſtitum! *Miſ.* Nempè ab admira-bili artifice. *Phil.* Quàm ſuavem odorem eructa! *Miſ.* Hàc, hac ad ſiniſtram flectito, vt vites cœnum tenaciſsimũ, in quo gradarius tuis ſtatim vnguem amitteret. Quam contrarius hic campus ſuo vicino, oblitus ſitu, qualidus, carioſus, horrens, petris, & ſpinis armatus. *Puer.* Non vides eſſe agrũ rederátum ex villę ruinis? Et alioqui frumentarius eſt, Hyberno pulere, verno luto, magna ferra Camille metes. *Phil.* Quæ ſe cantilla verſus aliquot, vt ſoles. *Miſ.* Placet.

*Fœlix illius animi, Diviſquè ſimillimus ipſis,*
*Quæ non mendaci reſplendens gloria fuco*
*Solicitat, non faſto ſi mala gaudia luxus:*
*Sed tacitus ſinit ire dies, & paupere cultu,*
*Exigit innocuæ tranquilla ſilentia vitæ.*

*Phil.* Verſus facetiſsimos, & graviſsimos, cuius quęſo ſunt? *Miſ.* Non agnoſti. *Phil.* Non. *Miſ.* Angeli Politiani. *Phil.* Vetuſtiores putavit, & habent gratiam antiquitatis. Suſpicor nos de erraſſe. *Miſ.* Heus bone vir, quà itur Bononiam? *Ruſ.* Aberraſtis: obverrire cantheria veſtra ad bivium illud, & tenet viam, quam rodit flumen, ea vos non ſinet falli, recta eſt, & ſimplex, vſquè ad vetuſtam quercum: inde ad manum hanc vos præcipitato te. *Miſ.* Habemus gratiam. *Ruſ.* Ducat vos

Deus,

Deus. *Miſ.* Malem currere, quàm ſic ab equo iſto concuti. *Phil.* Tanto cœnabis avidiùs. *Miſ.* Imò non potero cœnare delaſſatus; & confraſtus toto corpore citius quieſcam de lecto, quam de menſa. *Phil.* Sed conjunctis cruribus, non divaricatis; minus ſentiens laborem. *Miſ.* Hoc eſt fœminarum, & facerem, niſi metuerem deriſus, & ſannas prætereuntium. *Pu.* Siſte parumper Philippe, dum hic feber ferrarius calciatir aſturconem tuum; cui excuſſa eſt ſolea deſtri pedis. *Miſ.* Quin potiùs? Meremur, hic, vt clauſo diverſorio ſubdio dormiamus. *Phil.* Quid tum? In aperto multo mundo, an non id præſtabilius, quam in clauſo? Gravius eſſet, quod in cœnis.

# SCRIPTIO.

*Manricus, Mendoza, & Magiſter.*

MAnr. Adfuiſtin? Hodie cum ille haberet orationem de vtilitatibus ſcribendi. *Mend.* Vbi nam. *Manr.* In auditorio Antonij Nebriſſenſis. *Mend.* Minimè vero; ſed tu recenſe, ſi qua hæſerunt memoriæ. *Manr.* Quid ego recenſeam? Dixit tam multa, vt omnia propè exciderint.

*Mend.*

*Mend.* Ergo contigit tibi, quod de vaſis anguſti orificij Quintilianus dicit, quod ſuper fuſam humoris copiam reſpuunt, ſenſim ſi inſtilles, recipiunt. Sed nihil retinuiſti pœnitus? *Manr.* Propemodum nihil. *Men.* Aliquid igitur. *Manr.* Puſillum. *Men.* Iſthuc ipſum perpuſillum fac mihi etiam communi. *Manr.* Primum omnium aiebat eſſe per quam admirabile, tantam varietatem humanarum vocum paucis potuiſſe litteris comprehendi; deinde amicos abſentes poſſe inter ſe beneficio litterarum colloqui. Addebat nihil eſſe vſu mirabilius apud inſulas iſtas a Regibus noſtris recens inventas, vnde aurum adfertur, quàm poſſe inter ſe homines aperire; quæ ſentiant, tanto intervalo regionum miſſa chartula aliqua maculi nigris diſtincta. Rogabant enim, an papyrus ſciret loqui, hæc ille, & alia per multa, quæ ſub oblitus. *Mend.* Quandiu dixit? *Manr.* Horas duas. *Mend.* Ex tam longa oratione, tam paucula mandaſti memoriæ? *Manr.* Mandavi quidem memoriæ, ſed ea noluit retinere. *Mend.* Planè dolium habes filiarum Danai. *Manr.* Immò excepi cribro, non dolio. *Mend.* Accerſamus aliquem, qui tibi ea, quæ ille dixit, redigat in memoriam. *Manr.* Manet tamen, nam aliud, quiddam co-

cogitatione quæro; taneo. *Man.* Eloquere tandem, cur non excipiebas ſententia? *Manr.* Non erat ad manum. *Mend.* Ne pugillares quidem? *Manr.* Ne pugices, quidem. *Men.* Exprime hoc tandem. *Manr.* Aufugit iam, tu excuſsiti mentitam otioſè interpellando. *Mend.* Hui, tam tacito. *Manr.* Redit in memoriam. Ex authoritate neſcio cuius ſcriptoris affirmabat nihil eſſe ad magnam eruditionem compendioſius, quam probè, ac celeriter pingere? *Mend.* Quis eſt auctor? *Manr.* Nomen ſæpè audivi, ſed memoria effluxit. *Mend.* Vt alia, ſed huic præcepto non paret vulgus noſtræ nobilitatis, qui pulchrum, & decorum ſibi eſſe ducit, neſcire litteras formare: dicas ſacrificationem eſſe gallinarium, & niſi præmonitus ſis, cuius ſit manus, numquam divinaris. *Manr.* Et ea de cauſa vides quam craſsi ſint homines, quam amentes, & opinionibus corruptiſsimis. *Mend.* Quomodo ſunt vulgus, ſi nobilis? An non hæc multum inter ſe diſtant? *Manr.* Quia vulgus non veſtibus, & poſſeſsionibus diſtinguitur; ſed vita, & iudicio de rebus integro. *Mend.* Vin? Ego, vt nos à vulgari illa inſcientia vindicemus? Tradamus nos huic exercitamento. *Manr.* Neſcio quo pacto naturale eſt mihi,

diſtortè, inæqualiter perturbare exarare littera. *Men.* Hoc habet nobilitatis, exerceas te: nam aſſuefactio mutabit, quod naturale eſſe dicis. *Man.* Sed, vt is habet? *Men.* Ex me tu id quæris? Qui nec audivi hominem, nec vidi, cùm ipſe eum audieris: tu quantum intelligo, velles omnia ingeri tibi præmanſa in os. *Mant.* Nunc commemini: aiebat ſibi domum conductam iuxta ædem divorum Iuſti, & Paſtoris. *Men.* Eſt ergo vicinus veſter, eamus. *Manr.* Heus puer, vbi eſt magiſter? *Puer.* In illo conclavi. *Manr.* Quid agit? *Puer.* Docet quoſdam. *Mend.* Significat illi aſtare hic pro foribus, qui hunc etiam veniunt, vt ab eo doceantur. *Magiſter.* Quid ſunt pueri iſti? Quid petunt? *Puer.* Te cupiunt conventum. *Magiſter.* Admitte eos ad me recta. *Mant.* & *Mend.* Optamus tibi ſalutem, & omnia proſpera Magiſter. *Magiſter.* Et ego viciſſim vobis fœlicem huc ingreſſum: ſoſpitet vos CHRISTVS, quid eſt? Quid vultis? *Mant.* Doceri abs te artem iſtam, quam profiteris, ſi modo vacat, & ſi vis. *Magiſter.* Profectò oportet eſſe pueros honeſtiſſimè educatos: qui, & ſic loquamini, & tam modeſto ſitis ore. Nunc vero, magis, quum tota facie ſuffudit ſe vobis rubor:

cons

confidite filij, nam hic, eſt color virtutis; qui vocamini? *Manr.* Manricus, & Mendoza. *Mag.* Nomina teſtantur ingenuam educationem, & generoſos animos. Ita demum eritis verè nobiles, ſi ijs artibus excolatis animos, quæ maximè ſunt dignisſima claris natalibus, quanto magis ſapitis vos, quàm multitudo iſta nobilitatis, qui eò ſe habitum iri generoſiores ſperant, quò imperitiùs pingant litteras. Sed minimè eſt hoc mirandum, quandoquidem perſuaſio hæc dementiam nobilitatis iam pridem invaſit, nihil eſſe abiectius, aut vilius, quàm aliquid ſcire. Ergo videre eſt, illos epiſtolis à librarijs ſuis compoſitis ſubcribentes id, quod legi nullo pacto poteſt: ne ſcias à quò tibi epiſtola mittatur, niſi ſit à tabellario prædictum, aut ſignum agnoſcas. *Manr.* Id modò ego, & Mendoza quærabantur. *Mag.* Sed venitis huc armati? *Mend.* Minimè verò bonæ præceptor, vapularemus à noſtris pædagogis, ſi auſi eſſemus arma hac ætate, vel aſpicere, nedum tangere. *Mag.* Ah, ah, non loquor de armis crudelitatis, ſed de iſtis ſcriptorijs, quę ad pręſentem rem faciunt. Habetis thecam penuariam cum pœnnis? *Mend.* Quid rei eſt theca pœcunaria? An eà, quam nos calamariam nominamus?

*Mag.* Eà ipſa; nam antiquiſsimi homines ſolebant ſtylis ſcribere, quibus ſucceſſerunt calami, & potiſsimum Nilotici. Agaren, ſi quos vidiſti, arundidibus ſcribunt à dextra in ſiniſtram, ſicut omnes penè ad Orientem nationes; Europa Gręcos ſeçuta, contra à ſiniſtra in dextram. *Man.* Etiam Latini quoquè fili; ſed à Græcis habent originem, & olim veteres Latini ſcribebant in membrana deletilî, quæ vocabatur palimpſeſtos; tum vna tantum facie, nam qui vtrinquè erant libri conſcripti, opiſtographi dicebantur; qualis fuit Oreſtes ille Iuvenalis; ſcriptus, & in tergo, nedum finitus. Sed hæc alias; nunc eà quæ inſtant. Anſerinis pennis ſcribimus; aliqui gallinaceis. Veſtræ iſtæ ſunt egregie habiles; nam ſunt caule ampla, & nitida, & firma detrahite plumulas ſcalpello, & detruncate aliquid à cauda; tum eradite, ſi quam habet ſcabritiem; nam lævigata ſiunt aptiores. *Mend.* Numquam ego gero niſi depiumatas, & nitidas, ſed inſtitutor meus docuit me eas leves facere ſaliba, & affricatione ad averſum tunicam, vel fœmini cruraliæ. *Mag.* Præſens conſilium. *Mend.* Docè nos aptaiè pennas. *Magiſt.* Primum omnium reſcindetis vtrinquè caput, vt fiat bifurcatarum

ſum in ſuperiore parte inciſuram facere ſcalpello ſenſim ducto, quæ crena vocatur: hinc æquatè duos illos pedunculos, ſeù mavultis nominare cruſcula: ita tamen, vt altiùs ſit dextrum, in quod penna ſcribendo incumbit. Id tamen diſcrimem vix perceptibile oportet eſſe. Pennam ſi ſtrá mius vis charteæ imprimere, tribus digitis teneto; ſin celerius, duobus, police, & indices, more Italico, nam mediùs inhibet magis curſum: Et moderatur, ne ſe immodice effundat, quàm adiuvat. *Manr.* Profer attramentarium. *Mend.* Hem tuum attramentarium elapſum eſt mihi, venienti huc. *Manr.* Puer, profer ampullam illam attramentariam, ex eà effundemus in hoc mortatiolum plumbeum. *Mend.* Sine peniculo? *Mag.* Ita haurias penna liquidiùs, & commodius: nam in goſsipio, vel filo bombycini, aut lini, quum pennam intingis, adhæret ſemper crenę fibra aliqua, vel flocculus, in quò detrahendo fit mora ſcriptioni, aut ſi non detrahas, lituras veriùs effingas, quàm literas. *Mend.* Ego ex ſodalium conſilio linteolum Miliтенſe indo, aut * bombycinium leve, ac tenue. *Mag.* Iſtud verò eſt ſatiùs. Cæterùm multò præſtat ſolùm attramentum infundere in mortaliolo equidem fixo, nam

**Bombyciniū tafetanū vulgò.*

nam quod circungeſtandum eſt, huic om-ninò opus eſt peniculo. Cæterum habetiis chartam. *Mend.* Hanc, *Mag.* Aſpera admodum, & quę pennam remoretur, ne in offenſe decurrat, quod eſt ſtu-dij noxium. Nam dum luctaris cum ſcabritie chartæ, elabuntur multa ex his, quę ſcribenda cogitaveras. Hoc genus chartæ amplę, denſæ, duræ, ſcabrę, librarij relinquite, quę ideò libraria nuncupatur, quod ex eis fiant ad diuturnitatem libri, nec illam quotidiano vſui paraveris grandem. Auguſtanam, ſivè Imperialem, quę de rebus ſacris hieratica nominatur, quales videtis in libris ſacrariorum ædium: acquirite vobis chartam epiſtolarem, quæ ex Italia adfertur optima, tenuiſsima, & firma, vel vulgarem illam, quam ex Gallia important, quam paſsim invenietis venalem in ſingulos codices nummis octonis, plùs minus; dabitur vobis pro corollario phyluta vna aut altera chartæ emporeticæ, quam bibulam dicimus. *Mendoz.* Quę eſt horum nominum ratio? Nam ſæpè dubitavi. *Magiſt.* Emporetica de Græco venit, ab involvendis mercibus, & bibula, quod atramentum abſorbeat, ita non erit vobis opus furfuribus, aut ſabulo, vel pulvere de pariete craſo; ſed om-

nium

nium optimum eſt, quum per ſe litteræ exſiccantur, eo enim modo diuturniores fiunt. Proderit tamen emporetica, quam ſub manum extendatis ne ſudore, aut ſordibus maculetis papyri candorem. *Manr.* Cedo iam nobis, ſi videtur exemplar. *Mag.* Primitùm abecedarium deinde ſyllabatim; tum verba coniuncta ad hunc modum. Diſce puer, quibus fias ſapientior, & proinde melior. Voces ſunt animorum ſigna inter præſentes, litteræ inter abſentes. Hecce fingite, & redite huc à prandio, vel cras, vt ſcripturam veſtram emendem. *Manr.* Faciemus, interea commendamus te CHRISTO. *Mag.* Et ego vos idem. *Mend.* Secedamus, vt abſque interventu ſodalium, & interpellatione meditemur quæ à Magiſtro hoc accepimus. *Man.* Placet mihi, ita fiat. *Mend.* Ventum eſt quò volebamus: aſsideamos in his ſaxis. *Manr.* Etiam, ſed averſi à ſole. *Mend.* Mutua mihi dimidium chartę folium, quod reddam cras. *Manr.* Sufficit tibi hoc fruſtulum. *Mend.* Hui, non capiet ſex verſus, ex meis præſertim. *Manr.* Scribe in vtraque facie, & duc verſus denſiores; quid neceſſe habes tam magna interſtitia relinquare? *Mend.* Ego ne? vix intervallum eſt vllum, nam litteræ ſe vtrimque attingunt.

præſertim quę longos habent apices, aut pedes, vt b. & p. Sed quid tu? Iamne duos verſus exaraſti? Et quidem eleganter, niſi quod ſunt praui. *Manr.* Scribe tu ſeorſum, & tace. *Mend.* Enim verò penna, & atramento hoc ſcribi nullo pacto poteſt. *Manr.* Quid ita? Non cernis vt penna reſpergit chartam atramento extra litteras? *Manr.* At atramentum meum adeo eſt craſſum, vt limum eſſe credas: aſpice, atque vt hæret in ſumma crena, nec ad characteres formando defluit. Quid igitur vtrique incommodo medemur, tu de cuſpidibus pennæ reſcinde ſcalpello, quoad atramentum commode colligat ad litteras: ego in atramentarium, quo ſit atramentum liquidius, inſtillabo guttas aquæ aliquod. *Mend.* Immeio potius. *Manr.* Oh ne lotium, fœtebit atramentum ipſum, & quidquid ſcripſeris, nec facilè deinceps odorem hunc exueris è periculo: optimum eſſe acetum, ſi haberes ad manum: nam hoc vi ſua ſtatim diſtrahat denſum atramentum. *Mend.* Verum ſed periculoſum eſt, ne acrimonia ſua chartam penetret. *Manr.* Nihil tale metuas hæc charta maximè omnium continet atramentum, ne effluat. *Mendoz.* Extremæ huius tuæ chartæ præ inæquales

ſunt;

ſunt, rugaræ, & aſperæ. *Manr.* Demanginaṅ to chartam aliquantum forcipidus, nam hoc eſt etiam elegantius, aut circa eam aſperitatem ſcribendo ſubſiſte: tibi ſemper leviſsimæ offenſionis ſatis magno impedimento ſunt, ne pergas, ſed quicquid eſt in manibus, abijcias illicò. *Mend.* Redeamus jam ad præceptorem. *Manr.* Videtur tibi tempus. *Mend.* Metuo ne præterierit jam tempus; nam ſolet mature cœnare. *Manr.* Eamus, ingredere tu prior, qui habes minus cordis. *Mend.* Imò tu potiùs, qui minus frontis. *Manr.* Vide ne quis ab illo exeat, qui deprehendat hic nos jocantes, & laſcivientes. Pulſemus fores anullo, etſi patentes, nam hoc fuerit vrbanius. At, at. *Puer.* Quid iſthic? Rectè introeas, quiſquis es. *Manr.* Nos ſumus; vbi eſt inſtitutor? *Puer.* In conclavi. *Mend.* Omnia ſint tibi fauſta præceptor. *Magiſt.* Feliciter veneritis. *Man.* Effigimus quinquies, aut ſexies tuum exemplar in eadem charta, referimus hoc opus noſtrum ad te emendandum. *Magiſt.* Rectè facitis. Oſtendite. Poſt hæc relinquite maiorem inter capedinem verſuum, vt ſit vbi ego poſsim corrigere veſtra errata ad emendationem. Hæ literæ ſunt admodum inæquales, quod eſt in

ſcri-

ſcribendo fœdum. Animadvertite quanto m. maius eſt quam, e. & o. quam orbis huius p.nam litterarum corpora omnia oportet eſſe æqualia. *Mend.* Quid quæſo vocas corpora? *Mag.* Media in litteris præter apiculos, & peduncuolo, ſi quos habent, apices habent, b. & l. pedes p. & q. iam in eodem m. crura ſunt imparia; primum brebius eſt medio, & nimis magnam caudam trahit ſicuti, & illuda: nec ſatis imprimitis pennam chartæ, vix ſint hæret attramentum nec dignoſcas, quæ ſint elementa. Quod litteras has transformare tentatis in alias, eta ſis particulis cuſpide ſcalpeli, magis deter paſti ſcripturam; ſatius fuiſſet, tenuem lituram inducere tum, eſt quod ſuper eſt verbi in fine verſus transferre in caput ſequentis, modò integræ ſint ſemper ſyllabæ, quæ ſecari non patitur lex latinę ſcriptionis. Auguſtum Cæſarem produnt memoriç non ſolitum verba dividere, nec ab extrema parte verſus abundantes litteras in alteram transferre, ſed ibidem ſtatim ſubijcere, & circunducere. *Mend.* Nos id libentes imitabimur, quoniam exēplum eſt regis. *Magiſt.* Rectè facitis, quomodo enim aliter approbaretis vos, ex illius eſſe ſatos ſanguine. Sed ne coniungatis omnes literas, nec omnes ſeparetis.

Sunt

Sunt, quę vinciri inter ſe poſtulent, vt cauдatę cum alijs, velut a, l, v, item haſtatę, vt ſ, & t. Sunt quę recuſent, nempè orbiculate p, o, b. Quantum poteritis, recto capite ſcribere: nam inflexo, atque incumbenti, defluunt humores ad frontem, & oculos: vndè morbi naſcuntur multi, & videndi imbecillitas. Accipite alterum exemplar, quod exprimatis cras Deo propitio.

*Sed propera, nec te venturas differ in horas;*
*Qui non eſt hodie cras minus aptus erit.*

Et aliud:

*Currant verba licèt manus eſt velocior illis,*
*Nondum lingua ſuum dextra peregit opus.*

*Mend.* Viſne etiam, vt lituram hanc reddamus? *Magiſt.* Lituram ſanè, modo, & alia probè exarata. *Mend.* Interea optamus te bellitſimè valere.

## VESTITVS, ET DE AMBVLATIO Matutina.

*Bellinus, Maluenda, Joannius, Gomezius.*

MAlu. Nempè hoc aſsiduè? Iam clarū manè feneſtras intrat. Sternimus, indomitum, quod deſpumare fallernū ſufficiat. *Bel.* Apparet profectò inſanire te, nam alio, qui nec tam multo manè eſſe ex-

experrectus, nec verſus funderes, & quidem ſatyricos quò manifeſtius rabiem tuam patefacias. *Mal.* Accipe ergo epigrammatarios, eduntulos, & ſalſos: Surgite iam pueri, vendit ientacula piſtor. Criſta'æquè ſonāt vndiquè lucis aves. *Bel.* Iſthuc de ientaculo citiùs mihi ſomnum excuteret, quàm clamores tui. *Mal.* Feſtiviſsimus nugator; precor tibi felicem hunc diem. *Bel.* Et ego tibi fauſtam noctem, & bonum cerebrum; vt ſimul, & dormire poſsis, & ſoluta oratione loqui. *Mal.* Quæſo te ſerio reſponde, ſi modò ſerio potes vnquàm loqui; quotam horam cenſes nunc eſſe. *Bel* Medium noctis, vel plus paululum. *Mal.* In quò horologio? *Bel.* In meo domeſtico. *Mal.* Vbi tandem eſt tuum horologium domeſticum? Tu vt horologium vnquàm habueris, aut inſpexeris, cui omnis hora eſt ſemper dormiendi, edendi, ludendi, ſtudendi; verò nunquàm? *Bel.* Atquè hic ego habeo horologium mecum. *Mal.* Vbi, oſtende. *Bel.* In meis oculis: vidè, vt nulla vi aperiri poſsint: obdormi ſurſus obſecro, aut certè tace. *Mal.* Quid, malum eſt carofis hæc, ſeù veriùs lethargus, & mors quædam? Quandiù putas nos iam dormiſſe? *Bel.* Horas duas, vel ad ſummum tres. *Mal.* Ter ternas. *Bel.* Qui fieri iſthuc poſt. *Mal.*

Gomezule, in curriculo ad ſolatium Franciſcanorum, & contemplare quota ſit hora. *Bel.* Apage ſolarium, cum Sol nondum ſit ortus. *Mal.* Ortus verò aperi feneſtram iſtam vitream: heus tu puer, vt verberet Sol huius oculos ſuis radijs, plena ſum iam Sole omiſſa, & vmbrę minores. *Bel.* Quid tibi eſt rei, cum ortu Solis, & occaſu? Sine illum priorem te ſurgere, cui maius eſt conficiendum iter diurnum. Gomezule curſum condito ad divi Petri, ibi aſpicito, & in horologio machinali quota ſit hora, & in gnomone. *Gom.* Vtrumquè ſum intuitus: in ſolario parum abeſt vmbra à ſecunda linea: in horologio digitus indicat horam paulò plus quintam. *Bel.* Quid narras? Aliud ergo agendum reſtat tibi, vt hic ſiſtas mihi fabrum ferrarium ex vico Lapideo; qui forcipè disjungat has palpebras tam affixas; dic ei, revellendum eſſe, è foribus ſeram aliquam, cuius ſit amiſſa clavis. *Gom.* Vbinam habet? *Mal.* Iſte verò ſerio acceſſeret. Deſina iam nugari, & ſurge. *Bel.* Surgamus tandem, quando ita obſtinaſti animi: Vah! Quàm eſt odioſus ſodalis! Exſuſcita me CHRISTE, ex ſomno peccati ad vigilandum iuſtitiæ, transfer me ex nocte moris ad lucem vitæ. Amen. *Mal.* Feliciter tibi procedat hæc lux. *Bel.*

Et tibi hæc eadem, & aliæ quàm plurimæ lætæ, ac fauſtæ: hoc eſt, vt eam ita tranſigas, ne cuius virtutem lædas, neuquis tuā. Puer, adferte ſubuculam mundam; nam hanc iam totos ſex dies geſtavi; heu arripe pulicem illum ſalitantem. Omitte nunc venationem pulicarem, quantulum erit, pulicem vnum in cubile hoc extinxiſſe? *Mal.* Quantum guttam vnam aquæ * Diliæ huic adimere. *Bel.* Imò vero mari ipſi Occeano nolo hanc ſubuculam collari rugato, ſed alteram illem plano; nam rugæ hæ quid aliud ſunt hoc tempore, quam nidi, aut receptacula pediculorum, & pulicum. *Mal.* Inepte, exiſtes repentè dives, habebis pecus album, & pecus nigrum. *Bel.* Peculium numeroſum magis, quàm quæſtuoſum, & comites quos malim ſemper videre in vicinia, quam domi meæ. Iube famulam reſuere, lacera huius ſubuculæ, & quidem filo ſerico. *Gom.* Non habet. *Bel.* Lineo igitur, aut laneo, aut etiam ſi ita lubet ei, ſparteo; nunquam tamen illa hæc habet quod eſt opus; quod vero non eſt opus, affatim; te verò Gomeziule nolo ego eſſe divinatorem, exequere mandatum meum, & renuntia, ne ariolaris, quid ſit futurum. Excute pulverem, & fœminini cruralibus concuſſu hinc purga diligenter * muſ-

* *Dilia fluvius eſt Lovanij.*

* *Muſcariū ſetaceū ſcopula vocatur vulgò.*

muſcario illo ſe taceo. * Vdones dato ici- dem mundos: nam hi ſunt iam exudate, & pedere olidi. *Phel.* Amove eos inſthinc cō- tinuo offendit me fœtor graviſsimè. *Gom.* Vis * interulam? *Bel.* Non, nam ex luce Solis colligo diem foreæ calidam: ſed ce- do mihi thoracem illum dimidijs manicis * ſerici gauſapini, & tunicam ſimplicem * fuſtanicam, cum * vinculis veſtiarijs ob- longis. *Manr.* Imò * fuſtanicam. Quid iſ- thuc rei eſt? Quonam ire cogitas, vt tam ornes te præter morem tuum præſertim quum ſit dies profeſtus, & peſcis ligulas de- vinctorias caſtrenſes? *Bel.* Et tu cur induſti bombycinam levem, recentem ab offici- na, quum habes * capripiliam, & damaſce- nam detritam? *Mal.* Dedi hæc reſarcienda. *Bel.* Ego verò in hiſce meis magis com- moditatem ſpecto veſtitus, quam orna- tum: * vinculi iſti, & orbiculi ſunt luxati, tu improbe, inconſiderate ſemper diſſol- vis. *Mal.* Ego potius, vt or globulis, & ocellis, quod eſt decentius, & minus in in- duendo, & exuendo moleſtum. *Bel.* Non eſt idem omnium iudicium in his, vt in reliquis omnibus. Pectorale hoc tuni- cæ condito in arcam, ne proferas tota æſtate: adſtrigmenta hæc ſtrenue ſunt exar-

** Vdones ſūt calceo dilinter.*
** Interula eſt induſiū ſubucula proximum, quod per hyeme geſtatur.*
** Sericū gauſapinū vulgò velutū.*
** Fuſtanica pannis levi, qui in bluāuia texitur.*
** Vincula veſtiaria, ſit adſtrigmēta.*

exarmata ſuis ferris; limbus hic eſt diſſuatus, & diſcreptus, cura reſalciendum; ſed vide ne aſſuantur, deformes commiſſuræ. *Gom.* Non poterit id perfici ante ſeſqui hora. *Bel.* Affige ergo acicula; vt pendeat: dato periſcelides. *Gom.* Adſum, calceolos cum crepidis longi obſtraculi paravi tibi pulvere ne excuſſo. *Bel.* Calceos potiùs exter, ſicut, ac nitida. *Mal.* Quid eſt ligula in calceos? De qua inter Grammaticos fuit contraverſia per acerba, vt ſolet de omnibus, dicendum eſſe ligula, an lingula. *Bel.* Illa aſſuitur calceis Hiſpanicis in ſumma planta, hic non habent. *Mal.* Et in Hiſpania iam deſueſcunt apponere, calceatu Gallico. *Bel.* Accommoda mihi, tuum pectinem eburneum. *Mal.* Vbi eſt tuus ligneus, & quidem Pariſienſis? Non audiſti me heri obiurgantam Gomezulum? *Mal.* Obiurgare vocas tu ferire? *Bel.* Hoc illud erat? Fregerat quinque, aut ſex radios pectinis ex denſis, ex raris penè omnes. *Mal.* Lege nuper ſcriptorem quemdam præcipere, vt eburneo pectine pectanaus caput quadragies ducto à brechmate ad verticem, & inde ad accipitum? Quid agis? Hoc non eſt nectere, ſed mulcere: cedo pectinem. *Bel.* Neque iſtuc eſt pectere; ſed radere, aut verrere: credo

hac

**Vuſta nica ſpãnus ex goſſipio, qui texitur ad Germania.*

** Capripilia, quæ vulgò vndulata.*

**Vnciunculi, orbiculi, globuli occelli: hac omnia ſunt quibus ad pectus, & manicas veſtes adſtringũtur.*

hebere te caput teſtaceum. *Mal.* Et ego te butyraceum, adeo non audes attingere. *Bel.* Vin? Tu igitur, vt mutuo arietemus capita. *Mal.* Nolo te cum contendere inſania, nec committam bonam mentem meam cum tua dementia. Ablue iam tandem manus, & faciem; ſed os potiſsimum, vt mundius loquaris. *Bel.* Vtinam adeo cito animum per purgatem, vt manus; dato malluvium. *Mal.* Confrica paulò diligentiùs modos iſtos manus quibus hærent ſordes denſiſsime. *Bel.* Falleris, nam puto eſſe potius decoloratam pellem, & rugatam. Abijce has malluvias Gomezole in cloacam illam; & cedo mihi reticulum, & * pileum clavatum, affer iam creas. *Gome.* Itenetariaſve? *Bel.* Non, ſed vrbanas. *Gome.* Vis * cucullionem, an * pallam? *Bel.* Sumus fores prodituri? *Mal.* Quid ni? *Bel.* Adfer igitur * lacernam. *Mal.* Prodeamus iam tandem ne amittamus è manibus deambulandi tempus. *Bel.* Duc nos CHRISTE per vias, tibi gratas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

O quàm formoſa aurora vere roſea (vt Poetæ vocant) aurea: quam gaudeo me ſurrexiſſe, exeamus vrbem. *Mal.* Exeamus nam ego hac tota hebdomade pedem por-

**Pileũ clavatũ clavis vel lauris, vel eiuſmodi affixis.*

**Cucullio palliũ Hiſpanicum.*

** Pala veſtis eſt longa, & lata.*

** Lacerna palium itinerarium.*

ca non extulit; ſed quò ibimus primum; inde qua? *Bel.* Ad arcem, an ad mœnia Carthuſiana? *Mal.* An potius ad prata divi Iacobi. *Bel.* Minimè illuc de manè ad ſerum potiùs. *Mel.* Ad Carthuſianos ergo, per Franciſcanos, & Birthum, inde per portam Bruxellenſem: tum redibimus per Carthuſianos ad rem divinam. Ecce tibi Ioannium. Sis ſalvus Ioanni. *Ioan.* Et vos plurimum. Quid iſthuc eſt inſolitum? Tam benè manè ſurrexiſtis? *Bel.* Ego verò arctiſsimo ſomno eram compoſitus, ſed Malvenda hic clamanda, & tundendo, avellit me, è lectulo. *Ioan.* Rectè fecit; nam totum te reficiet ac recreabit hæc deambulatio. Eamus ad pomœrium: ò admirabilem, & adorandum artificem tantæ pulchritudinis! Non immeritò vocatur hoc opus mundus, & Græcis, *Koſmos*. Quaſi ornatus, & elegans. *Mal.* Ne contente de ambulemus, ſed lente, ac molliter. Conficiamus quæſo in ac mœniali ambulatione duo, aut tria ſpatia, ut otioſius, & liberius tam decoram ſpeciem contemplemur. *Ioan.* Attende, nullus eſt ſenſus, qui non egregia aliqua voluptate perfundatur: oculi primum, quæ varietas colorum, qui veſtitus terræ, & arborum, qui tapetes, quæ picturæ comparari huic poſ-

poſſunt? Hęc ſunt naturalia, & vera illa altera ficta, & falſa. Non iniuria * vates ille Hiſpanus Malum appellavit pictorem * Ioann. Mena. mundi. Iam aures, qui concentus avium, & potiſsimum luſciniæ, auſculta eam, e ſalice, à quà (vt Plinius inquit) perfectæ Muſicę ſcientiæ modulatus editur ſonus, animadverte accurratè, & annotabis varietates omnium ſonorum: nunc non interquieſcit, ſed continuo ſpiritu in longum æquà libet, ſine mutatione: nunc inflectitur, iam minutiùs, & conciſiùs canit, nunc intorquet, & quaſi criſpat vocem: nunc extendit, iam revocat, aliàs longos concinit verſus, quaſi Heroicos, aliàs breves, vt Saphicos, interdum breviſsimos, vt Adonicos. Quin etiam quaſi muſicæ ludos, & ſcholas habent. Meditantur aliæ iuniores, verſuſquè quos imitentur, accipiunt. Audit diſcipula intentione magna (vtinam nos præceptores noſtros pari) & reddit, vicibuſquè retinet: Intelligitur emendate correctio, & indocente quædam reprehenſio. Sed illas ducit natura recta, nos voluntas prava. Adde hìs, qui odor ſpirans vndiquè ſivè ex pratis, ſivè ſegetibus, ſivè ex arboribus, etiam ex ipſis agris ceſſantibus, & ſqualidis: Sapor, quicquid ori admoveas, vel ex

 ipſo

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ipſo aëre, qualis primi, & tenertimi melliſ? *Mal.* Hoc puro eſſet, quod à non nullis audivi, apes conſueſſe mel ſuũ colligere menſe Maio ex cœleſti rore. *Ioan.* Eà fuit multorũ opinio. Si aliquid vis dari tactui, quid mollius aut ſalubrius hac aura, vbique ſpirante? Quæ ſalutari ſpiritu per venas, & vniverſum corpus ſe ſe inſinuat. Venit mihi nunc in mentẽ verſum aliquod Virgilij de Vere, quò vtiquè cantilabo, ſi me poteſtis ferrè voce mea non olorina, ſed anſerina: tametſi hanc malo, ſi non aliàs cygnus canit dulce, niſi fato ſuo proximus. *Bel.* Ego quidem, vt pro me reſpondeam, vehementer eos verſus aveõ audire, qualicumquè voce, modo etiam exponas eos nobis. *Mal.* Nec ego ab hoc diſſentio. *Ioan.*

*Non alios prima creſcentis origine mundi*
Lib. 2. Georg. *Illuxiſſe dies, aliũmve habuiſſe tenorem*
*Crediderim Ver illud erat; Vel magnus agebat.*
*Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri,*
*Quum primũ lucem pecudes hauſere viruquè;*
*Ferrea progenies duris caput extulit aruis,*
*Immiſſaquè ferrâ ſylvis, & ſidera Cœlo:*
*Nec res hunc teneræ poſſent perferre laborem,*
*Si non tanta quies iret frigiduſquè caloremq;*
*Inter, & exciperet Cœli indulgentia terras.*

*Bel.*

*Bel.* Non ſatis intellexi. *Mal.* Ego, vt reor multo minus. *Ioan.* Ediſcite nunc eà, alias intelligetis: ſunt enim deſumpti ex intima Philoſophia, vt alia ſatis illiùs permulta. *Mal.* Quæramus ab Orbilio litteratore, quem habemus obvium. *Ioan.* Imo eſt homo non admodùm obvius: ſalutemus modo, & ſinamus abire hominem rabioſum, & plagoſum, ingentis ſupercilij, imbutum * magis litteris quàm eruditum: tametſi perſuaſit ſibi ſerio, ſe eſſe litteratorum alpha. Cæterùm diximus de corpore, quid porrò animum, & mentem, & quantopere exhilarat, & excitat huiuſmodi aurora? Nullum eſt tempus ad ediſcendum æquè idoneum, nullum ad percipiendum, continendumquè, quæ audius; quæquè legas, nec aliud ad meditandum, & excogitandum, quocumquè aplicaris animum: non immeritò quidam dici, Aurora gratiſſima Muſis. *Belin.* Sed ego iam extimulor appetentia, redeamus domum ientatum. *Mal.* Quid tandem? *Bel.* Panem, butyrum, ceraſa, pruna cereola, quæ tantopere videntur noſtris Hiſpanis placuiſſe, vt illarum nomine pruna omnia nuncupent, vel ſi hæc non ſint domi; decerpamus folia aliquot bugloſſæ, & ſalviæ, quæ addamus butyro. *Mal.* Bibemus vinum?

* *Imbutum iniunctum, perſuſum.*

*Bel.* Minimè verò, ſed cervitiam, & quidem tenuiſsimam ex flava iſta Lovanienſi, vel aquam puram, & liquidam hauſtam, è fonte Latino, aut Græco. *Mal.* Quem tu fonte Latinum vocas? Quem Græcum? *Bel.* Illum qui iuxta portam eſt Græcum ſolet nominare Vives; vlteriorem illum, Latinum, cauſas ipſe reddet tibi cùm illum convenias.

# DOMVS.

## *Jocundus, Leo, Vitruvius.*

IOc. Eſt tibi notitia cum inſulario amplæ atquè elegantis huius inſulæ? *Leo.* In primis, & eſt aſſeclæ patris mei admodum propinquus. *Iocun.* Rogemus eum, vt nobis eam omnem patefaciat; nam ferunt nihil fieri poſſe amœnius, nec delectabilius. *Leo.* Adeamus, pulſemus fores tintinnabulo, ne irrumpamus in expectati. At, at. *Vitr.* (*Inſularius*) Quis iſthic? *Leo.* Ego ſum. *Vitr.* O ſalve multum, puſio dulciſsimè: vndè tu nunc? *Leo.* Endo. *Vitr.* Quà igitur gratia huc? *Leo.* Sodalis hic meus, & ego vehementer cupimus haſce edes viſere. *Vitr.* Nunquàm ſpectaſti? *Leo.* Non totas. *Vitr.* In-

gredimi. Heus puer adfer mihi claves oſtiorum domus. Primum hoc eſt veſtibulum patet ſemper interdiu, abſque ianitore, quod nec intra domum eſt, nec tamen extra, noctu clauditur. Contemplamini portam magnificam valuas, è robore munitas ære, vtrumque lumen & inferum, & ſuperum ex marmore alabaſtrite. Olim Hercules ſolebat præfigi oſtio domus, ille hic eſt Chriſtus verus Deus: nam Hercules erat crudelis homo, & maleficus: hoc cuſtode nihil mali ingreditur in ędes. *Vit.* Quid dixit Gręce? *Iocund.* Quod curram multi ingrediuntur mali? *Vitr.* Etiamſi mali ingrediantur, nihil tamen inferunt mali. *Leo.* Non vtimini cardinibus? *Vitr.* Deſijs eſſe mos apud quaſdam nationes. Sequitur oſtium atrij, quod atrienſis ſeruus cuſtodit, præcipuus in familia, vt mediaſtinus extremus. Totum atrium ſpatioſum ad deambulandum multęque, ac varię in eo picturę. *Iocund.* Quęnam quęſo? *Vitr.* Illa eſt cœli facies ichnographica; illa terrę, & maris orthographica; illa Orbis nuper Hiſpanis nauigationibus aperti ſcio graphica; in tabella eſt Lucretia ſe interficiens. *Iocund.* Quid quæſo dicit, nam moriens, vt videtur, loquitur. *Vitr.* Multæ

hoc mirantur, quia non cuique tantum dolet. *Iocund.* Intelligo, quid dicat. *Leo.* Quid ſibi vult tabella illa, tàm varie delineata? *Vitr.* Ea eſt graphis huius ædificij, reduc à tabula hac velum. *Iocund.* Quid hoc eſt rei? Vetulus ſuggens papillam fœminæ. *Vitr.* Non legiſti exemplum hoc apud Valerium Maximum titulo de pietate? *Iocund.* Legi, quid ait illa? *Vitr.* Nondum tantum rependo, quantum accepi. *Iocund.* Quid ille? *Vitr.* Iuvat genuiſſe. Aſcendamus has ſcalas cochlides; ſinguli gradus lati, vt cernitis, ex ſingulis ſunt ſaxis marmoris Baſaltis. Hæc prima contignatio; habitatio eſt domini: cœnaculum ſuperius hoſpitale eſt: non quod herus meus * faciat cœnaculariam, quod abſit: ſed paratum eſt hoſpitibus amicis, ornatum ſemper, inſtructum, & vacuum, niſi cum adſunt hoſpites: hoc eſt triclinium. *Iocund.* Bonè CHRISTE, quæ feneſtræ ſpeculares, quam ſcitè depictæ pictura ſciographica qui colore, quam vividi quæ tabulæ, quæ ſigna, quæ coaſſatio! Quæ nam eſt hiſtoria vitrearum? *Vitr.* Fabella Griſelidis, quam aptè, & ingenioſe confingit Ioannes Boccatius, ſed herus meus decrevit addere rei fictæ rem veram de Godelina Frandenſi, & Catherina

*Facere cœnaculariam, locare cœnacula, & inde quæſtũ facere.*

An-

Angliæ Reginæ, quæ ſupperat inventum Grileliсis, ſigna ſunt: primum illum Pauli Apoſtoli. *Iocund.* Quod eſt lema? *Vitr.* O quantum tibi nos debemus, tu CHRISTO! *Iocund.* Quid ipſe loquitur? *Vit. Gratia Dei ſum quod ſum, & gratia Dei in me vacua non fuit.* Alterum illud eſt Mutij Scæbole. *Iocund.* Nec is eſt mutus etiam ſi mucius, quid mutit? *Vitr. Non incendet*, inquit, *me hic igni, quoniam alius maior ardet intus.* Tertium ſignum eſt Helenæ, titulus eſt. *Vtinam fuiſſem ſemper talis, minus nocuiſſem.* *Iocund.* Quid ſignat cæcus ille ſeniculus recalvaſter, indice ad Helenam verſo? *Vitr.* Homerus eſt, dicit Helenæ: *Quæ male tu feciſti, ego benè cantavi.* *Iocund.* En lacunar eſt deuratum, admiſtis margaritis. *Vitr.* Margaritæ quidam ſunt, ſed pretij exigui. *Iocund.* Quò ſpectant feneſtræ? *Vitr.* Hę in ortos, ille in impluvium, hæc eſt dieta, ſeu eſtiva cœnatio, en vobis cubiculum, & conclave. Cubiculum ornatum eſt tapetibus, pavimento contrabulato, floris tecto: & Imagines aliquot Divę Virginis CHRISTI Servatoris. Ille alteræ ſunt Narciſsi Eurialis, Adonidis, Polixenæ, qui dicuntur fuiſſe formoſiſsimi. *Iocund.* Quid ſcriptum eſt in limite ſuperiore oſtij? *Vitru.* Recipe te in portum tranquilitatis affec-

1. Cor. 15.

tuum

tuum. *Iocund.* Quid in Interiore poſtcſorium? *Vitr.* Ne induxeris in portum tempeſtatem. In conclavi illo clauſo adſervantur ferè * priva vtenſilia. Hoc alterum membrum eſt hybernum; vides omnia obſcuriora, & magis recta; tum hypocauſtum. *Iocund.* Amplius mea ſententia, quam pro cœnatione. *Vitr.* Non: animadvertis etiam cubiculum interius eodem vaporatio excalfieri? *Iocund.* Dicunt cubicula eſſe calidiora, vbi nullum ſit fumale. *Vitr.* Non ſolent eſſe in æſtivarijs. *Iocund.* Quæ eſt illa camera, tam eleganter fornicata? *Vitr.* Lararium, ſeu ſacellum: ibi agitur res divina. *Iocund.* Vbi latrina? *Vitr.* Supernè in granario habemus foricam, ne oleat: in cubiculis enim ſcaphijs vtitur hæres meus, & trullis, & matulis. *Iocund.* Turriculæ illæ, & pyramides, & pilæ, & indices ventorum omnia quam venuſtate, quam admirabili arte? *Vitr.* Deſcendamus, hæc eſt culina, hoc promptuarium, hæc cella vinaria, illa penaria, in quà micè infeſtamur rapacitate furum. *Iocund.* Qua tandem eſt huc furibus ingreſſus? Omnia video probè clauſa, & feneſtras cum clathris ferreis. *Vitr.* Per rimulas, & foramina. *Leo.* Mures ergo ſunt, & meſtulæ, quæ nobis univerſam penum diripiunt;

* *Priva vtenſilia, quæ paratu ſervantur cũ vſus poſcat.*

piune, *Vitr*. Illud eſt poſticum domus; clauſum ſemper duabus ſeris, affixa & penſili, niſi quum adeſt dominus. *Leo*. Cur feneſtrę hę n̄ habent cancellos? *Vitr*. Quoniam raro aperiantur; ſpectant enim ad anguſtum angiportum, vt cernis, & obſcurum: raro quiſquam hic aſsidet, aut proſer caput ideò, & clatharis eas ſtatuit hęrès meu . *Leo*. Quibus clatharis? *Vitr*. Fortaſſe ligneis, nondum eſt certum: intereà reſe ligneis, nondum eſt certum: intereà reſpugulum hoc ſufficit. *Iocund*. Quàm amplæ columnæ, & porticus plena maieſtatis? Vide vt Atlantes illi, & Caryatides ſpeciem præferunt evitentium, vt fulciant ædificium nervis, quum nihil agant. *Leo*. Tales ſunt multi; qui magna videntur præſtare, quum otioſi, & ſegnes vivant fuci fruentes alienis laboribus. Sed quænam eſt domus illa inferior, huic adiuncta; tàm malè materiatam, & rimoſa. *Vitr*. Eſt vetus ędificium, quòd quia ducebat rimas, & vitium faciebat ingens herus meus] decrevit hanc alteram à fundamentis erigere; illa nunc nidulatio eſt avium, & habitatio mutium, ſed breviter eam demoliemur.

SCHO-

# SCHOLA.

*Tiro, Spudæus.*

T*Iro*. Quam elegans, gymnaſium, & magnificum! Haud eſſe in Academia hac reor vllū præſtantiùs. *Spud*. Rectiſſimè indicas. Adde etiam, quod magis ad rem faciat, nec alibi eſſe eruditores Magiſtros, aut prudentiores, quiquè maioritate tradant doctrinam. *Tiro*. Oportet igitur magna hic fieri diſciplinarū operæ pretia. *Spud*. Et quidem magnis compendijs diſcendi. *Tiro*. Quanti docent? *Spud*. Amove te hinc ocyus cum interrogatione iſta tam prava, tamquè importuna; in re tanti momenti inquirendum eſt demercere? Nec ipſi qui docent, paciſcuntur: nec diſcipulos convenit id, vel cogitare, eò quod pretium poteſt eſſe par? Nunquàm ne Ariſtotelicum illud fando audiviſti: diis, parentibus, & magiſtris, parē gratiam non poſſe rependi? Deus creavit totū hominem, parens genuit corpus, & magiſter format animum. *Tiro*. Quid docent iſti, & quandiu? *Spud*. Habent ſua ſinguli auditoria ſeparata, & ſunt Doctores varij. Alij prima elementa artis Grammaticæ laborioſè, atquè ærumnoſè pueris toto die ingeminant: alij penitiora

tradunt artis; alij Rethoricem, Dialecticem, & reliquas diſciplinas enarrant, quę liberales, ſeu ingenuè dicuntur. *Tiro.* Cur eo nomine? *Spud.* Quia illi decèt vnumquemquè ingenuum imbui. Contra, quę ſunt liberales circunforaneę, ſordidę, quę vel labore corporum, vel manibus exercentur, ſervis potiùs congruunt, & hominibus, qui ingenio parunt valent. In iſtis ſunt alij tyrones, alij batallarii. *Tiro.* Quid iſthuc verbi eſt? *Spud.* Et tyrones, & batallarij ex militia ſunt nomina deſumpta? Tyro vetus eſt verbum: de eò, qui in militia exerceri incipit: batallarius Gallico nomine dicitur is miles, qui iam ſemel pręlio (quod illi, batallam vocant) interfuit collatis ſignis, & manum conſervit cum hoſte. Ita in palęſtra litteraria batallarius cœpit nuncupari Lutetiæ is qui publicè de arte quapiam diſputaſſet. Hinc deſinantur Doctores, quos à licentia Licenciatos appellant: meliùs deſignati dicerentur; poſtremo Docturam adipiſcuntur, impoſito in celebritate Academiæ pileo; vt quaſi donetur libertate, & ſiat emeritus. Is eſt hic ſuppremus honor, & ſummus dignitatis gradus. *Tiro.* Quis eſt ille in tanto comitato, quem clavarij præcedunt cum clavis argen-

teis?

tcis? *Spud.* Is eſt Rector Academię: multi cum aſſectantur officij gratia. *Tiro.* Quoties in die docentur pueri? *Spud.* Aliquot horis: vna penè ante lucana; duabus matutinis, & duabus pomeridianis. *Tiro.* Tandiu? *Spud.* Ita fert mos, & vetus Academiæ inſtitutum: quin, & diſcipuli duabus horis, quæ à magiſtris acceperunt, retractant, & recolunt, & quaſi manſum cibum ruminant. *Tiro.* Tantis clamoribus? *Spud.* Nunc ſe exercent. *Tiro.* Ad quidnam? *Spud.* Ad diſcendum. *Tiro.* Imò verò ad clamandum: videntur enim non diſciplinam meditari, ſed præconium. Et ille alter planè furit; nam ſi haberet ſanum cerebrum, nec ita vociferaretur nec geſticularetur, nec ſe torqueret. *Spud.* Hiſpani ſunt, & Galli paulo ferventiores, & vt ſunt diverſorum dogmatum, tantò ardentiùs concertant, quaſi pro aris, & focis, vt dicitur. *Tiro.* Quid Doctores hic ſequuntur diverſa ſcita? *Spud.* Interdum ſacita contraria. *Tiro.* Quos authores interpretantur? *Spud.* Non eoſdem omnes, ſed vt quiſquè eſt peritia, & ingenio præditus. Eruditiſsimi, & acerrimo iudicio ſcriptores ſibi ſumunt optimos quoſquè, & eos quos claſſicos vos Grammatici appellatis, ſunt, qui ex ignorantia meliorum ad proleta-

rios

rios deſcendunt, atque etiam capite cenſos ingrediamur, oſtendam vobis publicam Gymnaſij huius bibliothecam. Hæc eſt bibliotheca, quæ eſt magnorum virorum præcepto ad ortum æſtium ſpectat. *Tir.* Papæ, quantum librorum, quantum bonorum authorum Græci, Latini, Oratores, Poetæ, Hiſtorici, Philoſophi, Theologi, & imagines authorum. *Spud.* Et quidem quantum effici potuit, ad vivum expreſſæ, atque eo pretioſiores foruli omnes, & plutei, quercini, aut cupreſini, cum ſuis catenulis: libri ipſi plerique omnes membranacei, & varijs coloribus miniati. *Tiro.* Quis eſt primus ille ruſticano ore, naſo reſupando? *Spu.* Lege titulos. *Tiro.* Socrates eſt: & dicit: *Cur in bibliotheca coloquor, qui nihil ſcripſi. Spud.* Reſpondent ſequentes. Plato, & Xenophon: *Quia quod alij ſcriberent, dixiſti.* Longum eſſe perſequi ſingulos. *Tiro.* Hem, qui ſunt illi abiecti in grandi illa ſtrue *Spud.* Catholicon, Alexandre, Hugutio, Papias, Sermonaria, Dialecticæ, & Phyſicæ, Sophiſticæ: hi ſunt, quos capite cenſos nominabam. *Tiro.* Imò capite diminutos. *Spud.* Soluta ſunt omnia, tollat qui volet, moleſtè nos liberabit onere. *Tiro.* Vah, quot aſinis eſſet opus ad iſtos aſportandos! Miror non eſſet ablatos

quam

quum tanta ſit vbique aſinorum frequentia. *Spud.* Aliquando in eundem cumulum conijcienter Bartoli, & Baldi, & huius forinę homines. *Tiro.* Imo fur furijs. *Spu.* Non id eſſet humanę tranquillitati damnoſum. *Tirò.* Heus, quid rei ſunt illi in tam fluxis cucullionibus? *Spud.* Deſcendamus, Batallarij ſunt, qui in palleſtram ingrediuntur altercatoriam. *Tiro.* Quæſo introduc nos illuc. *Spud.* Ingredere, ſed tacitè, ac reverenter. Aperi caput, & ſpectato attentus ſingula, nam magis de rebus diſſeritur, & quas plurimum conducat cognoſcere. Ille, quem ſedentem aſpicis ſublimen ſolum, & pręſes eſt certaminis, & contentionum decretor, quaſique agonotheta. Primum eius munus eſt loca concertantium deſignare, ne vlla ſit confuſio, aut perturbatio preire volentum. *Tiro.* Quid ſibi vult pellitum epitogenium? *Spud.* Ea eſt epheſtris doctoralis inſigne ordinis ac dignitatis illius. Homo èſt in paucis eruditus, quique, & in lectione candidatorum Theologiæ primas tulit, & ad cum doctiſsimus quiſque primas defer ex hoc ordine *Tiro.* Et bardum aiunt lectum eſſe primum ſuo anno. *Spud.* is verò vicit competitores omnes ambitu, & aſsu, non ſcientia. *Tiro.* Quis eſt macilentus

tuis ille, & pallidus, quem reliqui impetunt?
*Spud.* Is eſt propugnator, qui impetum omnium ſuſtinet, & ex immodicis vigilijs maciem, ac palloreni contraxit, magnos is habet in re Philoſophica, & Theologicâ progreſſus. Heu tace iam, & auſculta: nam qui nunc oppugnat, accutiſsimè, ac ſubtiliſsimè ſolet excogitare argumenta, & acerrime vrget propugnatorem omniumque ſententia, cum ſummis in hac diſciplina comparatur, & ſæpè adigit concertatorem ad recantandam, Perpende quomodo ille conatus eſt eludere, quomodo alter confutavit valide, ratione inconfutabili, & quam ille diluere non poterit. Iam, & iaculum hoc eſt inevitabile. argumentum hoc eſt planè Achiles invincibilis, iugulum petit, non poterit propugnator ſe tueri; ſtatim dabit manus, niſi ſubterfugium aliquot mittat ei divus aliquis in mentem. Hem profligata eſt quæſtio ſolertia decretoris. Iam ſolve tuam linguam. Loquere quantum voles: nam iſt, è qui tunc in pugna vappa eſt, pugione pugnat plumbeo, & altius tamen clamat, quam cæteri. Obſerva, videbis eum à pugna raucum diſcedere: hoc eſt ei perpetuum, & quantuncumque repulſat ſint eius tela, vrget nihilo

ſecius pertinaciter quidem; ſed inefficaciter: nec vnquam vult habere argumentum ſuum pro derelicto, nec acquieſcere, vel defendentis reſponſionis, vel decreto præſidijs. Is qui nunc certamen ingreditur, delicatule, petit veniam à decreſore, comiter præfatur, argumētum invalidè, diſcredit ſemper ſeſſus etiam anhelans tanquam arduo munere fortiter perfectus, diſcedamus.

## CUBICULUM, ET LUCUBRATIO.

*Plinius, Epicterus, Celſus, Didimus.*

PLin. Hora eſt à meridie quinta, heus Epictete, claudi mihi feneſtras iſtas, & infer huc lumina ad lucubrandum. *Ep.* Quæ lumina? *Plin.* Intereadem hi adſunt candelas ſebaceas, aut cereas; vbi receſſerint, tolletis eas, & ſtatueris hic mihi lychnum. *Celſ.* Quorſum id? *Plin.* Ad lucubrādum. *Celſ.* Quin ſtudes potiùs de manè? Cū enim videtur, & temporis ratio, & qualitas corporis invitare, cùm eſt minimum vaporum in cerebro, per acta conceptione illa vaporatoria. *Plin.* Etiam hac hora tranquiliſsima eſt, cùm quieſcunt, & ſilent omnia, atque ijs, qui prandent, & cœnant non incommoda. Nam ſulis, qui cœnam tantum

tum more priſco, alij prandent ſolùm ex placitis recentium medicorum, alij, & prandent, & cœnant more Gotthico. *Celſ.* An non ante Gotthos erant prandia? *Pli.* Erant, ſed levia. Gotthi morem invexerunt, bis in die ſaturum fieri. *Celſ.* Qua de cauſa Plato menſas Syracuſanas damnat, in quibus quotidiè ſaturentur bis? *Plin.* Ex eo colligas, fuiſſe rariſsimas. *Celſ.* Sed miſſa iſthęc faciamus: Cur lucubras ad lychnum, potiùs quàm ad candelam? *Plin.* Propter flammam æquabilem, quæ minus lędit oculos. Illa enim criſpatio myxi officit oculis, & sebi odor inamœnus eſt. *Celſ.* Vtere cereis quorum odor non eſt ingratus. *Plin.* Myxus eſt in his magis tremulus, nec vapor ſalubris, & in ſebaceis ellychnium eſt lineum plerumquè, non xylinæum: vt propolæ iſti ex rebus omnibus quærunt compendium cum fraude. Infundè oleum in lucernam hanc, profert acum yxum, & ex funga. *Epict.* Quàm hęret fungus acui, ſignum dicunt eſſe pluviæ, quemadmodum eſt apud Virg. (Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos) *Pl.* Adfer etiam fornicularn, & emunge candelam hanc, ne proijcias fugum in pavimentum, ne fumiget, ſed opprimè intra fumiculam, quando eſt contecta. Profer mihi pallam lucubra-

 to-

toriam, prælongam illam pellitam. *Celſ.* Ego tè tuis libris commendabo. Minervā tibi opto propitiam. *Plin.* Paulum malim: vel quod dicere debui, CHRISTVM IESVM, Dei ſapientiam. *Celſ.* Fortaſſe CHRISTVS Minervę fabula adumbratur, quæ ex Iovis cerebro, ſit nata. *Plin.* Statue menſam ſuper tibicines in cubiculo. *Epict.* Mavis menſam quàm pluteum? *Pli.* Etiam, hoc quidem tempore, ſed pone ſuper menſam pluteolum. *Epict.* Stabilem, an volubilem? *Plin.* Quem malis. Vbi eſt Dydimus meus ab ſtudijs? *Epict.* Eò illum accerſitum. *Plin.* Et huc adducito puerum exceptorem, nam lubet aliquid dictare. Da mihi illos calamos, & pennas duas, aut tres cannæ amplæ, & thecam pulverariam. Profer mihi ex armario Ciceronem, & Demoſthenem, tum ex pluteò codicem exceptorium, & regeſta maiuſcula; audiam? Et mea ſcheda, in quibus liber non nulla expolire. *Did.* Non arbitror eſſè ſchedas tuas in pluteo, ſed in ſcrinio conclavis. *Plin.* Id verò ipſe ſcrutator. Adfer mihi Nacianzenum. *Did.* Non noſco. *Plin.* Liber eſt minimè ſpiſſus, conſutus, & tectus membrana tuiter. Adfer quoquè codicem quintum à primo. *Did.* Quod eſt lemma illius? *Plin.* Xenophontis

com-

commentarij liber eſt expolitus, tectus corrio cum vinculi, & vmbilicis cupreis. *Did.* Non invenio. *Plin.* Nunc memini in quarto loculamento eum repoſui, illinc prome. In eò loculamento non ſunt niſi libri ſoluti, & rudes, quales recens adferuntur ab officina. *Did.* Et quod corpus Ciceronis poſcis? Nam ſunt quatuor. *Plin.* Secundùm. *Epict.* Nondum eſt relatum à libratio glutinatore, cui dedimus nudiùs, vt puto quintus. *Did.* Quàm placet tibi hęc penna? *Plin.* Non ſum in eò valdè ſolicitus, quæcumquè in manus venit, ea ſię vtor tanquàm bona. *Did.* Hoc habes Ciceronis. *Plin.* Conquire ſcitè: recindę mihi Ciceronem, aperi, evolvere adhuc tria, aut quatuor folia ad quartum. Tuſculanarum quęſtionum, quęre ibi de manſuetudine, & lętitia. *Epict.* Cuius ſunt hic verſus? *Did.* Ejus ipſiùs, quò de Sophocle vertit: quod facit ſanè lubens ac proindè ſępè. *Epict.* Erat credo ad carmen componendũ ſatis aptus. *Did.* Aptiſſimus, ac facilimus: nec vt illo ſæculo infelix, contra quàm exiſtimant plurimi. *Epict.* Sed tu quomodò intermiſiſti ſtudium Poeticis? *Plin.* Aliquando repetemus ſubciſivis horis vt ſpero: nam habet multum levamento ab ſtudijs gravioribus. Deſleſſus ſum

iam ſtudendo? Meditando, ſcribendo, ſterne mihi lectum. *Epict.* In quò cubiculo? *Plin.* In lato illa, & quadrato, & tolle ex angulo anaclinterium, transfer in cœnationem, pone ſuper culcitram plumeam alteram tormenti lanei: vide, vt fulcra lecti ſint ſatis firma. *Epict.* Quid refert tua, qui non cubas in alterutra ſpondarum; ſed in medio? Sed ſalubrius foret, ſi lectus eſſe durior, & qui corpori reſiſteret. *Plin.* Tolle cervical, & pro eò repone pulvinos duos, & in hoc æſtu malo planam illam, quàm arctam iſthæc linteam. *Epict.* Sine lodice? *Plin.* Etiam. *Epict.* Algebis, nam ſurgis ad ſtudijs extenuato corpore. *Plin.* Inijce ergo periſtroma aliquod leve. *Epict.* Illud nullum aliud ſtragulum? *Plin.* Nullum, ſi ſentiam frigus in lecto, poſcam plus veſtium, aufer illa peripetaſmata: nam ad culices excludendos malo conopeum. *Epict.* Culices paucos hic ſenſi pulices, & pediculos ſatis multos. *Plin.* Ego verò miror te aliquid ſentire, qui ſic dormias, & ſtertas. *Epict.* Nemo dormit meliùs, quàm qui non ſentit, quàm malè dormit. *Plin.* Nihil horum animalculorum, quibus per æſtatem in cubiculis infeſtamur, tàm movet nauſeam, quàm cimices adoro illo teterrimo. *Epict.* Satis bonus pro ventus

tus eſt eorum Lutetię , ac Lovanijs. *Plin.* Eſt genus ligni , quod illos creat Lutetiæ, & argilla Lovanij. Colloca hic mihi horologium exercitatiorum, & obicem inſigito ad horam quartam matutinam ; neque enim volo diutiùs dormire. Excalcea me, pone hic ſellam plicatilem , in qua ſedeam; matula in ſcabello ſit mihi iuxta lectulum parata ; neſcio quid hoc olet male , ſuffias paulùm thuris , aut iuniperi. Cane hic mihi lyra aliquid lectum ingredienti more Pythagorico , vt citius obdormiam , & ſomnia ſint placidiora. *Epict.*

*Somne quies rerum, placidiſsimè ſomne Deorū.*
*Pax animi quem cura fugit qui pectora longis*
*Feſſa miniſterij fulcis , reparaſque labori.*

# CULINA.

*Lucullus, Apicius, Piſtillarius, Abligurinus.*

LVc. Es tu propino ? *Apic.* Sum. *Luc.* Vbinam agis ? *Apic.* In propina galli gallinacei : num eges me? *Luc.* Etiam nuptias. *Apic.* Sine me demum tranſcurrere, vt præcipiam vxori , quemadmodum ſint tractandi ganeones , quos ſcio non ſolere in hac Civitate deeſſe , tum etiam adventores.

tores. *Lucul.* Audin. Tu? Reperies me in vico lapideo, in ædibus lutorum. *Apicul.* Continuo adero. *Luc.* Bene eſt. Ingredere culinam. *Apic.* Heus piſtillarie, & tu Abligurine ignem in lare extruite ſub fumali, grandibus lignis, & quantum fieri poterit acaphnis. *Piſt.* Putas eſſe Romæ? Hic tabernas coctilitias non habemus, è quibus ligna coctilia promuntur: habebis benè arida. *Apic.* Ni ita ſit? tu Abligurine ſuffitor perdes oculos ſuſflando. *Abl.* Imò bibam largius: væ vino. *Apic.* Væ, aquæ; nam vinum hodie non attinges, ſi ſim ſanus, nolo mihi evertas ollas, & auxilias contringas; & cibos corrumpas. *Abl.* Non vult ardere hic ignis. *Apic.* Inijce faciſculum aliquem ſulphuratarum, & formitum fruſtula aliquot cum his aſſulis. *Abl.* Extinctus eſt prorſum. *Apic.* Tranſcurre ad ædes proximas cum batillo, & adfer nobis torrem aliquem prægrandem, & prunas benè incenſas. *Abl.* *Metellarius eſt illic domibus, nec ſineret carbonem unum ſub fornacibus ſibi detrahi, citius oculum. *Apic.* Non eſt metellarium, ſed metallicida; ito ego ab fortum. Quid adfers, titionem magis quàm torrem. *Abl.* Non habebant prunas carbonis. *Apic.* Quid malum carbonis? Ceſpitum hic dixeris. Tu-

*Metallarios, quivulgo Alchimiſta.

fura

furcilla hac move ligna, & agita formitem, vt ignem concipiat: ſume pyrolabem aſine. *Abl.* Quid rei eſt iſthuc verbum? *Apic.* Forfex ignaria, prunicens. *Abl.* Quid mihi cum verbis Græcanicis? quaſi deſiat Latina. *Apic.* Etiamne aſini ſunt Grammatici. *Abl.* Quid mirum, quum, & Grammatici ſint aſini. *Apic.* Fac finem altercandi? volo carbones aliquot, aut ceſpites accedas mihi in hoc foco ad teſtuatia lente in conquenda: ſuſpende ahenum ad ignem, ne deſit aquæ calida; tum in cacabum inijce armum illum veruæ cinæ cum bibula ſalita. Cucunam igni admove cum vitulina, & agnina in chytropode elixabymus oryzam. *Abl.* Quid pulli? *Apic.* Coquentur in auxilla, æreæ, quæ ſtanno eſt illita, quo ſapor ſit gratior, ſed non tam maturè, verba proferes ſub novam, & * pinguinaria. Lucium hunc ſin es in aqua luſitare paulisper, tum exenterabis. *Abl.* Carnes, & piſces in eadem menſa. *Apic.* Maximè, more Germanico. *Abl.* Atqui hoc non placet medici. *Apic.* Medicinæ non placet, medicis placet. Ego ſtipitem hunc Grammaticum tantum eſſe exiſtimabam, medicum etiam eſt. *Abl.* Nunquamne de quæſtione illa audiviſti, verùm ſint in Civitate plures medici, an ſtulti? *Apic.* Quis

* *Pigniraria in qua decidit pingue carniũ cũ aſſantur.*

Quis te detruſit in culinam, cum ſis tâm * laperda? *Abl.* Adverſa meas ſors. *Apic.* Imò quod manifeſtum eſt ſegnities tua, & ſocordia, & gula, & lucracitas, & ingluvies, & animus degener, ab abiectus. Ideò ambulas nudis pedibus: ſemiamictus, veſte obſoleta, & natibus breviore. *Abl.* Quid tibi cum mea paupertate. *Apic.* Nihilomino nec velim eſſe. Sed ad rem, ne præter rem plura, quam oportet; latiſne ſunt hæc iuſſu ſuperquè infixa, & inculcata? Scilicet vobis numquam ſatis. Da mihi, meam bracccham nam foras lubet prodire: contirnò adoro cedo tudiculam inſigne artis noſtrę, hoc eſt meum fulmen, & tridens. *Piſ.* Heus Abligurine? Statue hydrias in vrnario, & hanc bubulam abluito diligenter, & confricato in labro. *Abl.* Etiamne tu hic quoque imperas vnus Imperator vnis caſtris ſufficit, non ſufficiet culinæ vni? Facito ipſe, tu ea acrior exactos operæ, quàm ipſe magiſter culinæ non vocabo te poſthac pitiſiarium, ſed ſtimulum acutum. *Piſ.* Imò voca me * Onocentum Frange tu ergo vitulinam hanc in epixenio Comminue panium huius caſeis, vt ſpargamus, ſuper hanc oſſam. *Abl.* Quomodo? manum? *Piſt.* Non, ſed tyrocueſti: Inſtilla huc guttas aliquot olei ex lecytho.

*Sacer da vox Varronis ex Nonio ſapientem, & venuſtũ per metaphoram ſignificat.

*Onocentro aſini ſtimulum.

*Abl.*

*Abl.* Diſcine ex hoc capſace? *Piſ.* Stanue hic mortarium. *Abl.* Quod iſtorum? *Piſ.* Illud æneum cum piſtillo eiuſdem metalli. *Abl.* Quà gratia? *Piſ.* Ad terendum petroſelinum hoc. *Abl.* Satiùs eſt in pila id fieri marmorea, piſtillo ligneo. *Piſ.* Quęſo cantilla, ſicut conſueviſti. *Abl.* Ego nolo Cęſar eſſe ambulare perbitrannos, Stythicas pati pruinas.

*Vt ſapiant fatuæ Fabiorum prandia betæ,*
*O quam ſæpè petet vina perperquè caquus!*

*Piſ.* Fabiorum, an fabrorum? *Abl.* Quęre à Iudi magiſtro loripide, & pro Fabris & Fabijs referes egregiū colaphum in gena, vel in bucca. *Piſ.* Sic eſt homo? *Abl.* Vir ſtrenuus: & fortis, & manu promptus, celeritate manuum compenſat linguæ tarditatem. *Piſ.* Cedo vtnulam: cerviſſariam: exiccatum habeo palatum, gattur, fauces. *Abl.*

*Et gravis attrita pendebat catharus anſa;*
*Claudereque cœnas lactuca ſolebat avorum,*
*Dic mihi cur noſtras incboat ille dapes?*
*Filia Picenæ venio Lucania porcæ.*
*Fulcibus hic niveis grata corona datur.*

*Apic.* Vndè eà didiciſti adeò *eleganter*? *Abl.* Inſervivi nuper in Calabria ludimagiſtro cuidam poetaſtro, quia ſæpè numero

cœnam aliam non dabat mihi, quàm cantillationem centum verſum, quibus mirificium aiebat ſaporem in eſſe: ego vearò paulum pandis, & caſei maluiſſem. Aquæ erat ſatis domi, & licebat nobis de puteò bibere ex animi ſententia. Indè ego quum eſuriens conceſsiſſem cubitum, pro epulis verſus illos ruminabam, & concoquebam; nec mihi aliud viſum eſt remedium ad bulimiam illam depellendam, quàm culinariam arripere. *Acip.* Quæ illi præbebas miniſteria? *Abl.* Quæ Cæſar Reipublicę. Ergo eram illi omnia, eram illi à conſilijs, etſi nihil vnquàm egeret conſilio; à ſecretis, cùm nihil haberet ſecreti, ne latrinam quidem; ego fundebam ei aquam lavandis manibus, quas nunquàm abluebat; ego ſervabam eius theſaurum. *Acip.* Quem theſaurum? *Abl.* Schedas aliquot peſsimarum cantilenarium, quas tineę excedebant, & opici mures arrodebant. *Acip.* Imò docti mures, qui malis poematijs dentem infigebant.

## TRICLINEVM.

*Ariſtippus, Lucro.*

A*Riſt.* Quid tam ſerò ſurgis, & quidē ſemi ſomnis? *Lu.* Mirum eſt me eſſe

rora

toto hoc die experrectum, adeò heri edi- mus, & bibimus. *Ariſt.* Imò, vt apparet de- voraſti, ingurgitaſti, obruiſti te epulis, & vino, ſed vninam oneraſticelocem. *Luc.* Apud Scopam in convivio. *Ariſt.* Quin potiùs more Greco. *Sympoſium.* Vocaris; quàm Latino verbo convivium? *Luc.* Buc- ca Buccam impellebat, intriture, & condi- menta vellicabant, atquè inſtigabant deſi- dentem ſtomachum, & appetentiam non patiebantur delaſſaria. *Ariſt.* Refert, quæ- ſo, ordine omnia, vt vel auditione ipſa vi- deat mihi intereſſe, & quaſi vobiſcum po- tare: vt illi qui in cauponia Hiſpaniæ duos grandes panes comedit ad nidorem perdi- cis eſſe, quò nidore vtebatur pro obſonio. *Luc.* Quis enarrarit omnia? Maius nego- tium id fuerit, quam vel emiſſe, vel appa- raſſe, vel quod omnia ſuperat, comediſſe. *Ariſt.* Aſsideamus in hoc ſalicero, ad cre- pidinem huius ripulæ, & quando ſumus otioſi, pro collocutione alij de rebus vte- mur hac ipſa gramen erit nobis vice pul- vinorum, in itere hac vlmo. *Luc.* In herba? An non humor nocebit? *Ariſt.* Quid? Inſanis? Humor in ortu Camicu- læ. *Luc.* Anteà recuſabam, nunc animus prurit mihi recenſere tibi plus quàm po- ſtulas, de convivio ſolum quærebas ac-

ci-

cipis etiam de domino, & de triclino, ro-gabas, vt loquerer, efficiam, vt mox paulò ſilentium roges, indicas, imperes: vt Arabius tibicem, qui ad canendum vno obulo conducitur, ad tacendum tribus. *Ariſ.* Tu verò quantum libueria, non eris moleſtus, quandoquidem in opaco loco coſedimus, & orationem tuam carduelis illa, vel adiuvabit, vel harmoniam moderabitur: vt orationem C. Grachi ſervus ſiſtulator. *Luc.* Quid iſthuc eſt rei? *Ariſ.* Poſtquàm tu feceris narrandi finem, audies de Gracchis, & Graculis, & de Græculis. *Luc.* Deambulabamus fortè tranſverſo foro ego, & Thraſybulus nacti pluſculum otij, quam ſolemus: adiunxit ſe nobis Scopas. Is à nobis poſt primas ſalutationes, & blandum congreſſum, cœpit vehementer contendere, vt poſtero die, qui heſternus fuit, apud ſe eſſemus excuſare nos primum, aliùs alia: ergo autem vadimonium grave, & apud prætorem valdè irritabilem. Sed ille, vt libenter oſtendat ſuam magnificentiam, quaſi de capite ageretur, orſus eſt accurratum ſermonem? Quid multa? Addiximus, ne moleſtus eſſe pergeret. *Ariſ.* Scin? Quænam fuerit cauſa convivij? *Luc.* Quæ tandem quæſo? *Ariſ.* Eſt quidem ipſe homo locuples, ornatus argento, ve-

ſte,

ſte, ſuperlleĉtile: ſed emerat phialas argenteas, tres deauratas, & pateras ſex, periiſſet pretium; ni aliquos invitaſſet, quibus oſtẽtaret, & alioqui eum ille exiſtimat eſſe divitiarum fructum: habetque vxorem a qua extimulatur ad profuſionẽ, quam illa magnificentiam nuncupat. *Luc.* Heri ergo ſub meridiem convenimus in eius triclineum. *Ariſ.* Qualis erat cœnatio? *Luc.* Hypæthra in opaco frigore omnia ſanè apparata, orta, exculta: nihil deerut ad elegantiam, ſplendorem, & lauticias. Planè primò ingreſſu exhilarati ſunt omnium oculi, & animi, aſpectu illo pulcherrimo, atque amantiſſimo. Erat abacus ingens, plenus bonis vaſis materiæ omnis, ex auro, argenteo, cryſtallo, vitro, ebore, mirrha: alia etiam vilioris materiæ, ſtannea, cornea, aſlea, lignea, teſtacea, ſeu figlina, in quibus ars commendabat vtilitatem ſubſtantiæ, nam erant toreumata per multa, omnia expolita, exterſa, fulgor penè perſtringebat oculos illos, vidiſtes duo magna malluvia argentea oris deaurati, vmbilicus erat aureus cum inſignibus illos. Habebat vtrũque malluvium ſuum gutturnium, quorum epiſtomium erat deauratum, ſtabat, & alterum aquiminarium vitreum, fiſtula deaurata cum pollubro figlino operis.

Ma-

* Malecẽnſis, probè ſandarachato. Phialæ omnis generis, & argenteæ duæ ad vinum generoſiſsimum. *Ariſt.* Ad vſum meum ampulas vitreas malim, aut etiam teſtaceas, ex ijs, quæ lapidiæ dicuntur. *Luc.* Quid facias; ita eſt hominum ingenium, non tam in his quæritur commoditas, quam opinio divitiarum. *Ariſt.* Iſti opulentiſsimi ſæpiùs videntur alijs tales ſibi inopes, ideò nullus finis proferendi, & ingerendi oculis, præſertim, qui nullam habent alia bonam artem, qua fidant. Sed perge. *Luc.* Erat cimacium abaci tapete villoſo rectum ex Turcia, vſque allatum, poſitæ erant duæ menſulæ procul ab abaco, cum quadris, & orbibus argenteis, vnicuique eddictum erat ſuum ſalinulum, cultellus, panis, & mantile, ſub abaco refricatorium, & cœnophora grandia: Tum ſedilia varia; ſellę, biſtelliæ, ſubſellia, & domine ſelle plicatilis paratas viſceadi operis cum pulvido ſerico, & ſuppendeo. *Ariſt.* Pone tandem menſam, & explicica mappam? Nam mihi inteſtina præ fame rugiunt. *Luc.* Erat menſa cibilla, ingens, ſegmentata operis teſſelati antiqui, quæ fuerat Principis. Dicæ archi. *Ariſt.* O menſa antiqua, quam diſpari Domino! *Luc.* Iſtam ipſe emit in auctione ſatis magno, ſolum quod illius fuiſſet, vt

* Malaca Civitas eſt in Hiſpania.

aliquid haberet principis. *Luc.* Datur aqua lavandis manibus primum magnis recuſationibus, & invitationibus mutuo, & cedendo invicem. *Ariſt.* Dem-factum eſt in conſeſſu, cumquiſque ſe inferiorem altero faceret, illum extolleret comitate arrogantiſsima, cùm vnuſquilibet potiorem ſe reliquis omnibus cenſeret. *Luc.* Sed Dominus iure ſuo diſtribuit loca, ſacrata eſt menſa à puerulo breviter, & perfunctoriè, & non ſine thymo: Quod appoſitum eſt, & apponetur, CHRISTVS benedicere dignetur. Explicat quiſque ſuum chiromactrum, & inijcit ſuper humerum ſiniſtrum: hinc cultellulo repugnat panem, ſi quid non ſatis putabat à miniſtro pergatum non decruſtatus ærat appoſitus. *Ariſt.* Sedebatis commodè? *Luc.* Numquam commodius. *Ariſt.* Non potuiſtis male prandere, nam reliqua ſat ſcio ſuppeditatum iri redundanter, ſi qua modo fuerent in macello. *Luc.* Nuſquam verius copiaquè ipſa nocet. Aſtat menſæ ſtructor cultellos, & furniculas compones: ingreditur magna pompa Architriclinus cum longo agmine

pucrorum, exoletorum, qui geſtabant fercula primi

miſſus.

# CONVIVIUM.

*Scopas, Simonides, Crito, Democritus, Palæmom.*

SCop. Vbi nobis Simonides? *Cri.* Illicò dixerat ſe venturum, ſimul ac conveniſſet debitorem apud forum. *Scop.* Rectè habet, debitore facilius ſe extricabit, quam creditore. *Crit.* Qui iſthuc? *Scop.* Sicut in victoria belli conditiones fert victor, non victus. Nam à debitore, cum ipſe idem volet; à creditore cum alter. Sed conveniſtiſne omnes, vt erat condictum, relicta domi ſeveritate, afferentes vobiſcum hilaritatem, lepores, venuſtates, gratias? *Crit.* Planè ita ſpero, & erimus ſicut monet M. Varro, belli hominum. *Scop.* Reliqua meæ curæ ſunto. *Scri.* Ecce tibi Simonidem. *Scop.* Feliciter. *Sim.* Et vobis ſaultè. *Scop.* Expectatiſsime. *Sim.* Planè ruſticanè, nam ad prandendum eram invitatus, non ad expectandum. Sed quæſo, fui vobis diu in mora. *Scop.* Non valde. *Sim.* Cur non accumbebati ſine me? Eſſetis ſaltem proœmiati de fructibus, quibus ego non admodum capior. *Scop.* Bona verba, te abſente eſſe diſſemus? *Scri.* Satis comitatum, exordia-

rum

rum iam opus. Optimum panem, & leviſſimum, non plus habet ponderis, quàm ſi eſſet ſponga, ſi ligneus eſt ſeramus, induſtrium habetis poſtinctorem. *Scop.* Rorcius eſt priſtini curator. *Sim.* Numquam ne in id conijcitur? *Scop.* Abſit tam frugi ſervus. *Democr.* Adfer mihi, aut topyrum. *Sym.* Mihi verò ſecundarium, aut typhaceum. *Scop.* Cur talem? *Sim.* Quoniam audivi, & ita ſum expertus minus me eſſe, quum panis non eſt sciti ſaporis. *Scop.* Heus puer, adferto ei panem cibarium, & vulgarem; etiam ex atro, ſi ita mavult: ita demum iucundiſſimè convivavimur, ſi quiſquè, quod maximè collubitum erit, ſumpſerit. *Pol.* Panis hic quem tum tant opere probas ſpongioſus aquaticus eſt, malo demiorem. *Cri.* Mihi verò non diſplicet ſpongioſus, modò ne ſit ſpeuſicius: hic vero etiam bectas attollit, quod tucacci ſolent facere; cum ſit, vt ſatis apparet, furnaceus. *Pol.* Cibarius, hic panis, & acceroſus eſt, & accetoſus, typhaceum dicas. *Scop.* Sic conſoeverunt noſtri agricolæ triticum omne, quod huc important, acerate priùs in villa, & miſcere multis generibus ſeminum: ſapor autem ex fermento eſt nimio. *Scop.* Nullum hominum genus eſt hoc

fraudulentiùs, non maleſaciunt, niſi quem neſciunt. *Cri.* Panis hic non eſt ſatis fermentatus. *Democr.* Puta te hodiè Iudæum, qui azymo veſcebantur iuſſu Dei. *Cri.* Id quidem, quod homines eſſent peſsimi, vt interdicta eſt illis ſuilla, quà nihil palato gratiùs, nec ſi moderate ſumas, ſalubriùs. Et quidem azyma iuſsi ſunt comedere cum lactucis agreſtibus, quæ ſunt per quàm amaræ. *Pol.* Illa omnia ſenſus habent altiores: omittamus hæc. *Scop.* Et quidem diſputationem de pane. Si de obſonijs fuerit tanta controverſia, magna erit in toto convivio diſcordia. *Cri.* Accidet nimirum, quod Horatius inquit.

*Tres mihi convivæ propè diſſentire videntur;*
*Poſcentes vario multum diverſa palato.*

*Scop.* Appone lances illas, & tympana cum ceraſsis, & prunis, & malis gravatis, & perſicis pomis, & perſicis præcocibus. *Pol.* Cur M. Varro dixit convivias non debere excedere numerum. Tuſarum, cum de eo numero non conſtet: Alij enim ponunt tres, alij ſex, alij novèm. *Cri.* Dixit tanquàm ſi conſtaret eſſe novem, & ita erat vulgò receptum; vnde Diogenis locus in Iudi magiſtrum, qui paucos habe-

ret

ret diſcipulos depictas autem Muſſas in ludo. Præceptor inquit, *cum Muſis*, multos habes diſcipulos. *Dem.* Sed eſtne verum, Perſas pomum hoc, quod apud ipſos eſſet lethale, invexiſſe in Græciam, ad peſtem eorum, quibus cum bellum gerebant? *Cri.* Sic accipe. *Demo.* Admirabilis eſt ingenijs terrarum varietas. *Cri.* India mittit ebur, inquit Virgilius, molles ſua thura Sabæi: hem cydonipeſica. *Sim.* Novum inſitionis inventum priſcis incognitum: cedo nobis pateram illam, cum ficis duricorijs, qui ſunt (vt noſtis) prodomi. *Scop.* Satis eſt fructuum, expleamus nos rebus alijs ſalubrioribus corpori. *Cri.* Quid his ſalubrius? *Scop.* Nihil, ſi ſalubre, & ſapidum idem ſunt, ſicut in meridiano ſomno. *Cri.* Ego condono illis nocumentum propter oblectamentum. *Scop.* Non meminiſti verſiculi Catonis: Pauca voluptati debentur, plura ſaluti. Dato ſingulis ſingulas gabaras cum iure carnium, vt ſorbeant; id verò, & calefaciet inteſtina, & blandè abuet ad molliendum ventrem. *Sim.* Profectò puer amore deſuilla hac ſalita, ò pernam ſapidiſsimum. Maialis eſt, Braſicas illas cum lardo, ſi mihi vis auſcultare, redde coquo, per hoc quidem temporis, aut eris in brami. Lucanicæ huius ſcinde

mihi bucceam vnam, aut alteram, quò ſuavius ebibam primum cyathum. *Cri*, Pareamus medicorum conſilio, admonentium, vt porci æ addatur merum, funde vinum. *Scop*. Sequitur actus fabulæ, fortaſſis hoc anni tempore præcipuus. Spectate hujus actus apparatum primum omnium à calculis cuſtos abaci ſciphos expoſuit vitreos cryſtallini vitricum vino albo puriſſimo, aquam putres ſolo aſpectu * Sanmartinium eſt, & partim Rhenenſe, non infectum, vt ſolent in Belgia: ſeu qualia in media Germania bibitur. Oenophorus relevit hodiè ſerias duas, alteram vini Helvelli, ſeu flavi, ex agro Pariſienſi, alteram ſanguinei Burdegalenſis: habetis in apyroto alia parteta, fuſcum, Aquitanicum, & nigrum, è Sagunto: petat quiſque ex ſententia palati ſui. *Cri*. Quid poteſt nuntiari latius? Vt nihil eſt durius, quàm periri ſiti. Ego verò mallem optimam nobis aquam proſpexiſſes, hunc nuntium audiviſſem libentius, quàm de vino. *Scop*. Nec eà deerit. *Sim*. Nuper quum eſſe in vrbe Roma, bibi apud Cardinalem, quendam vina generoſiſſima omni faciem ſaporis: nam eram præfecto cellæ vinariæ per quàm familiaris, vinum dulce, acutum, lene;

* *Sanmartinium eſt illo Hiſpaniæ Oppido.*

ne,ſuave,auſterum. *Democr.* Mihi vehemẽter placet aiglauces. *Pol.* Sic fere Belgicis fœminis. *Sim.* In pagis quibuſdam Galliæ flocces apponuntur, ſecundarium autem vinum, & tertiarium, habent in delicijs, ſed ea villa ſunt magis, quam viva, & alioqui vinum Gallicum toto genere, nec aquam, nec ætatem fert; itaque paulò poſtquam eſt diffuſum, bibem, quippè poſt annum inclinat illicò, & fit dubium, tum fugiens, & acuit: quod ſi manſerit diutius, emucet, & in vappam vertitur. Hiſpanum vinum, & Italicum benè fert, & aquam, & ætatem. *Democr.* Quid rei eſt vinum fugiens? Vientur probè dolia, & obſeretur cella immò, & domus claudatur, ſi ſit opus. *Pol.* Vt poma fugientia, quæ ætati cedunt, nec ſervantur, & diſcedere vulgò dicimus, cuius contrarium eſt vinum conſiſtens. *Democr.* Funde mihi prius aquam ad dimidium calicem, ſuper hanc infundes vinum more veteri. *Cri.* Imò, & hodierno multarum gentium Galli, & Germani contra faciunt. *Democr.* Quæ nationes volunt bibere aquam vinatam, atquæ addunt vinum, quæ vinum æquatum, vino ſuperinfungunt aquam. *Cri.* Quæ verò vino aquam non addunt, quid bibunt? *Democr.*

Vinum purum. *Cri.* Etiam niſi prius ſit à vinatio irrigatum. *Pol.* Baptizare id vocant, vt vinus ſit chriſtianum. Ea erat meo tempore elegantia philoſophica. *Democr.* Illi baptizant vinum, & ſe ipſos ex baptizant. *Pol.* Peius agunt, qui inijciunt calcem, ſulphur, mel, alumen, & alia dictum teriora, quibus nihil eſt corporibus pernicioſius, in quos publicè deberat animadverti, vt in latrones, aut ſicarios. Inde ſunt enim incredibilia morborum genera, & potiſsimum arthetica. *Cri.* Ex conſpiratione cum medicis id agunt, vt vtrique rem augeant. *Democr.* Nimis mihi porrigis plenum calicem, deple qrçſo te aliquantum, vt ſic locus aquæ infundendæ. *Cri.* Funde mihi inſcyphum illum coloris caſtenei, quid rei eſt? *Scop.* Nux prægrandis. Indica ab labris argento circuncloſa: vitne in collulo illo ligni hebeni, quod ferunt eſſe ſaluberrimum? Ne ad das tantum aquæ neſcis vetus verbum (perdis vinum infuſa aqua.) *Democr.* Imò perdis vtrumque, aquam, & vinum. *Pol.* Malo vtrumque perdere, quam ab alterutro perdi. *Scop.* Lubetne porare more Græco ex illis pateris, & capacioribus poculis? *Cri.* Minimè verò. Admonebas nos modo aniqui proverbij, vicisſim admoneo te

præ-

præcepti Paulini ( Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria ) & ſervatoris noſtri (Videte, ne graventur corda veſtra crapula, & ebrietate) *Cri.* Vnde eſt hęc frigida, tam pure, & pellucida? *Scop.* Ex fonte proximo. *Cri.* Ad vinum diluendum malim ciſternam modo defæcatiſsimam. *Democr.* Quid putealem? *Cri.* Vſibus lavandi aptior eſt, quàm bibendo. *Pol.* Fluviatilem commendant plurimi. *Cri.* Rectè, ſi fluant amnes per venas auri, vt ferè in Hiſpania, & ſic quieta, & liquida. *Sim.* Mihi verò in phila illa Samia adfer aliquam tum cerviſiæ, quam puro refrigerando corpori hoc eſtu vtiliſsimam. *Scop.* Ex quatandem cerviſia? *Sim.* Ex tenuiſsima: nam aliæ nimium incraſſant ſpiritus, & reddunt obeſum corpus. *Pol.* Mihi item dato, ſed in vitro illo tereti. *Scop.* Curre ad culinam quid illi ceſſant? Quin mitunt miſſum alium? Vides iam hinc neminem attingere? Ad fer pullos gallinaceos, elixos cum lactucis, bugloſſa hortenſi, & intubo, vervecinam quoque, & vitulinam. *Cri.* Adde etiam in ſcutellis paulum ſinapis, aut petro ſelinati. *Democr.* Violenta res videtur ſinapis. *Cri.* Non admodum congruit billioſis, is tamen qui craſsis, & frigidis humoribus redundant,

dant haut inutilis. *Pol.* Idcircò ſapiunt populi Septentrionales, quibus illa eſt magno vſui, præcipuè cibis craſsis, & duris addita, vt bubulę, & ſalmentis. *Scop.* Hoc loco exiſtimo pultes, & priſanas venturas in tempore leucophagum, ſimilaginem, amoylum orizam, vermiculos, edat quiſque ex quibus volet. *Democr.* Vidi quia * vermiculis huiuſmodi vehementer abhorreret, quod autumaret collectos fuiſſe ex terra, aut cœno, & vixiſſe aliquando. *Cri.* Scilicet metuebat, ne in aqua liculo ſuo reviviſcerent. Oryzam ferunt naſci in aqua, mori in vino, cedo igitur vinum. *Democr.* Ne bibe ſtatim à cibo calido, intermiſce prius frigidi aliquid, & ſolidi. *Cri.* Quid? *Democr.* Cruſtam pomis aliquam, vel turundam vnam, aut alteram carnium. *Sim.* Vah, piſces cum carnibus in eadem menſa? Marem ſcetur terræ, hoc vetant medici. *Scop.* Imo hoc placet medicis. *Sim.* Credo, quia illis vtile. *Scop.* Cur ergo vetant medici? *Sim.* Erravi, à medicina prohiberi dictum oportuit, non à edicis. Sed qui ſunt piſces iſti? *Scop.* Appone ordini, primum lupum illum aſſum, cum aceto, & capparibus, tum paſſares elixos, cum ſucco lapathi acuti, ſoleas, lixas, lucium recentem, & capitonem, lucium ſalitum ſer-

**Vermiculi vulgò fidei.*

vat

vat tibithynnum aſium recentam, & thynnum in ſalſamento, menas recentes frixas, * cruſtulata, in quibus inſunt multi barbari, murenæ, & truttæ multis conditę aromaticis, govios frixos, cammaros, & cancros elixos. Admiſce ſcutelas, cum intritis alliato, piperato, eruato. *Sim.* Ego verò de piſcibus loquar, non edam. *Cri.* Si philologus cœperis de piſcibus movere controverſiam, hoc eſt, de rę incertiſsima, & controverſiſsima, incipite nobis lęctulos inſternere, hic erit cubandum. *Scop.* Nemo dignatur, vel guſtare, tolle hęc. *Sim.* Antiqui convivia olim Romæ autiſsima, & vt ipſi ſoliti erant dicere, pollutibilia, ex piſcibus conſtabant. *Cri.* Ita ſunt mutata tempora, etſi hoc etiam nunc durat apud quoſdam. *Scop.* Importatę aſſa, pullos, perdices, turdos, anaticulas, querquedulas, palumbos, cuniculos, lepuſculos, vitulinam, & hædinam, & intinctus, ſeù embammata, ęcetum, omphacium oxyphora, mala etiam medica, & çitronia, & Olivas Balearicas conditiuas, quaſſas, & in muria aſſervatas. *Democ.* Non adſunt Bœthicę? *Scop.* Magis ſunt ſaporis ſciti Balearicæ. *Cri.* Quid fiet grandibus illis belluis, anſeri, çygno pavoni? *Scop.* Oſtende tantùm, & refert in culinam. *Pol.* Hem pavorem. Vbi eſt

* *Cruſtulata quàm vulgò paſtilli.*

eſt Q. Hortenſius, cui erat in delicijs? *Sim.* Tolle agninam. *Scop.* Cur tolletur? *Sim.* Quia eſt in ſalubris. Ferunt eam non alia exire, quamquà intrarit. *Cri.* Vidi quendam devorare oſſa olivarum ſtruthonicè. *Scop.* Ex quibus canibus ſunt * artocræ iſtæ? *Cri.* Hæc eſt ex ceruina. *Scop.* Hæc eſt damica: illa eſt, vt puto, aprugna. *Cri.* Condituras ipſas malim quàm carnes. *Sim.* Planè ita eſt etiam, res amaras condimentum reddit ſuaviſsimas. *Cri.* Ecquod eſt vitæ totiùs condimentum? *Democr.* Æquus animus. *Cri* Aliud quidam ego proferam ampliùs, & auguſtius. *Democr.* Qui tandem: hoc meo. *Cri.* Pietas, ſub quà, & animi æquitas comprehenditur, & ad res vniverſas, aſperas, faciles, medias, condimentum aptiſsimum, & iucundiſsimum. *Scop.* Infundè vinum album Hiſpanicum incarcheſium illud, & circunfer per convivas. *Democr.* Quid paras agere? Sub prandij finem propinas nobis vinum forte, ac generoſum dilutiùs erit poſt hoc bibendum, ſi conſultum copimus valetudini. *Sim.* Rectè mihi videris admonere: frigida enim oportet eſſe convivio poſtrema, quæ pondere ſuo cibos ad imam ventriculum detrudant, & vapores caput impetentes cohibeant.

* *Artocræ paſtili, ex carne.*

*Scop.*

*Scop.* Tolle iſta, muta orbes, & quadras, dã ſecundum manum. *Cri.* Adeò voravit initio viquàm manum. *Cri.* Adeò voravit initio avide, vt ſtatim amiſerim appetitum. *Democr.* Ego item non appetione, ſed impetù feror ad primas dapes, indè me expleo. *Pol.* Neſcio quid edi de piſcibus, id guſtum meum prorſus retudi. *Sim.* Tantum ne bellariorum aparatum, & cupidines, quum nihil ſuper eſt ampliùs cupediæ? Pyra, mala, caſeus multiplex, ſeu palato meo congruentiſsimus eſt hippax. *Cri.* Non reor hippacem eſſe hunc, ſed Phrygium, ex lacte aſini, qualis, è Scilia, vſquè advehitur columellari forma, & quadra; qui cùm frangitur, in laminulas funditur, ſine phyluras. *Democr.* Caſeus hic, etſi Britanicus, fiſtuloſus eſt non erit mea, vtriquè ſententia vobis gratus. *Cri.* Sed neque hic ſpongioſus Hollandicus Parmenſi hic eſt benè compactus, & ſatis (vt videtur) & recens, & ille * Pena feliùs, facilè cum Parmenſi certarit. *Democr.* Non eſt Parmenſis, ſed Placentinus. *Cri.* Etiam, ſi placet: vulgò Germanorum ſuaviſsimus eſt caſeus vetus, putris, confriatus, & vermicoloſus. *Sim.* Quid talem edit caſeum, ſitim venatur, & edit, vt bibat. *Scop.* Piſtor dulciarius nimium moratur, quia

*Pena celiùs ex illo Oppidu Hiſpaniæ.

quin adfert ſterilitas, & artolagana teſtuacia, & ſartaginea conſperſione in cacabum iniecta olei ferventis, melle ſuper fuſo. *Cri.* Caryotas dà mihi aliquot, & ad edendum, & ad ſervandum, fortaſſe nocte, hac nihil edam aliud. *Scop.* Cape igitur ſpathalium hoc integrum, vin? Ex malogranatis? *Pol.* Heus puer, ſpolia nobis hanc palmam agreſtem, & da quod eſt eſui. *Scop.* Potionis vos admoneo ſcitis Ariſtotelis eſſe opinionem tragemata eſſe inventa, vt eà nos ad bibendum invitent, ne cibus in arido coquatur. *Cri.* Oportet ergo inventorem fuiſſe, vel nautam, vel piſcem; qui adeò timeret ariditatem. *Scop.* Adfer eà, quæ ſolent vocari ſigillum ſtomachi, poſt quæ nihil eſt, nec edendum, nec bibendum, bucellatum, cydoniarum, coriandrum, ſacharo contectum; hoc verò manducandum eſt, non edendum; ſed quod ex manſo reliquum eſt aridum, expuendum collige fruſtra, & reliquias in caniſtris, adfer quas odoriferas, roſaceam: floris mali medici, moſcatam. *Pol.* Agamus CHRISTO gratias. *Puer.* Agimus tibi gratias Pater, qui tam multa ad hos uſuum, vius condidiſti: annue, vt tuo favore ad cœnam illam veniamus tuæ beatitudinis. *Pol.* Agamus nunc Domino

gra-

gratias. *Cri.* Auge tu. *Pol.* Imò agat Democritus, qui in hiſce rebus multum valet. *Democr.* Gratias tibi non poſſem agere pro merito, hoc dato Reipub. vides enim omnia a Bacho perturbata: ſed recitabo, quas Dionyſio egit Diogenes: nam mandavi memoriæ: Tu labenti memoriæ: & linguæ titubanti, in tanta illuvione habebis veniam. *Scop.* Dic quicquid libuerit, ſcribetur in vino. *Democr.* Defatigaſti te ipſum Scopa, vxorem, famulos, famulas, vicinos coquos, piſtores; vt nos magis comedendo, & bibendo delaſſares. Socrates ſapienter, qui in mercatum celeberrimum ingreſſus exclamarit: O dij immortales, quam multis ego non indigeo! tu contra poſſes dicere. Hæc omnia quotula portio ſunt, eorum quibus ego indigeo: Naturæ placent modica, & illis ea ſuſtentatur, ac fulcitur: hæc tam multa, tam varia, obruunt naturam: merito Plinius? Varietas ciborum homini peſtileus, peſtilentior condimentorum, referimus hic domum gravata corpora: referimus animos obrutos, ac demerſos cibis, & potionibus, vt nullo hominis officio ritè poſsimus fungi. Tu ipſe iudicato, aequam tibi gratiam debemus. *Scop.* Heccina eſt gratia, quam

quam habetis ? Sic rependitis prandium tam opiparum ? *Pol.* Ita planè : quòd enim maius beneficium, quàm vt has ſapientior, tu nos domum remitis planè bruta, nos te domi tuæ volumus hominem relinquere, vt ſcias conſulere tuę, ac alienæ valetudini, & ſecundum naturæ deſideraria vivere, non iuxta corrupta ab ſtultia opiniones. Valle, & ſepè.

# EBRIETAS.

*Aſotus, Tricongius, Abſtemius, Glaucia.*

ASot. Quid tu dicis Tricongi ? Quàm laute nos heri accepi Brabantus ille? *Tric.* Malet ſit illi, non potuit tota nocte quieſcere. Vomui (ſit habitus honos veſtris auribus) convolvi me ſub inde toto lecto, modo ad ſpondam interiorem, modo ad exteriorem, fauces, & ſtomachum videbat mihi reiecturus; nunc præ dolore capitis, nec oculorum officio poſſum fungi, nec aurium, lamina ponderoſa plumbi videtur mihi frontem, & oculos incumbere. *Aſot.* Frontem, & tempora fortiter adſtringe faſcia, & rex videveris. *Tric.* Sed ipſe potiùs. Bachus, a quo inſtitutum ma-

na-

navis diadematum in Reges. *Aſot.* Recipe te domum, & edormi caprulam. *Tric.* Domum verò? Nihil æquè fugio, & averſo: ea ſi me nunc aſpiceret, longiores haberet homilias, quam Chryſoſtomus. *Abſt.* Hoccine appellas tu lautè tractari? *Glau.* Planè ita eſt: nam laverunt probe guttur, & fauces. *Abſt.* Manus verò? *Glau.* Ne ſemel quidem. *Aſot.* Imo ſæpè vino, & lacte, dum alij in aliorum pateras immittebamus manus. *Glau.* Quid poteſt dici lautius? Et quidem digitos pingui carnium, & embammatis inviſcatos. *Abſt.* Tace per divos: quis poſſet abſque nauſea rem adeo audire obſcœnam? Quanto minus videre, aut de eiuſmodi vino, aut lacte guſtare? *Aſot.* Divi veſtram fidem, adeone? Es, Abſtemi, delicatus, vt hæc ne auribus quidem poſsis devorare? Quid faceres palato, vt nos? Sed heus tu Tricongi, comparator ſuaviſsimè, mittamus puerum aliquem, qui nobis in illa phiala fictili adferat ex eodem vino, nulla eſt certior huic veneno theriaca? *Tric.* Eſtne hoc exploratum? *Aſot.* Quid ni eſſet memineris * verſus, quos cantat Colax: ab ſanandum motſum canis nocturni, ſummè expilis eiuſmodi canis. *Glau.* Narra quæ-

* *Alluſio ad locum Plantinum.*

ſo de convivio. *Ariſt.* Ne narras, niſi vellis me removere quicquid habeo in ventriculo, cum ipſis vitalibus. *Glau.* Faceſſe igitur paulisper. *Aſot.* Ego narrabo quam commodiſsimè, vt nuſquam ſit honos præfandus. *Glau.* Incipe obſecro, adverte animum Aſtemi. *Aſot.* O Glaucia mi, ante omnia iſtud ex me habe nullum eſſe hominum genus, quod comparari poſsit cum feſtivo, & largo convivatore. Quidàm oſtentat eruditionem rerum variarum, id eſt, mera nugamenta: alij iactam experientiam, & vſu collectam prudentiam: quorſum id? Sunt qui habent quidem opes, ſed non audent expendere: miſeri, quid eos iuvat aſſervare? Benignus convivatur vbique prodeſt, vbique eſt gratus, vel ſolus illius aſpectus exhilarat triſtitiam animi, & diſcutit, ſi qua eſt in eo miſeria, ſive recordatione convivij, ſive ſpe atque expectatione: alia omnia, quæ dicuntur bona animi, nec ego video, & ſunt ieiuna, atque infrugifera. *Abſt.* Rogo te Aſote, quis eſt author tam bonæ ſententiæ? *Aſot.* Ego, & omnes mei ſimiles, id eſt, plerique ex Gallia Belgica à Sequana ad Rhenum flumen tantum diſſentiunt inter nos homuli quidam, vel miſeri, & præparci, qui Abſtemio ſuum invi-

vident, cognomen, frugi volunt appellari, vel quidem magna ſapientia opinione ſuffarcinati, id eſt, inani? Nomine, quos etiam nos (id eſt, maxima pars hominum, & præcipua) videmus. *Abſt.* Quid audio? *Glau.* In hoc iſte non fallitur, etſi ebrioſus, nam nuſquàm? Eruditio minus habet pretij, quàm in Belgica: non aliud eſſe, viderentur virum eruditione præſtantem, quàm futura, vel textura. *Abſt.* Antiqui ſtudent hic multi, & non in felici profectu. *Glau.* Deducuntur à parentibus parvi filij ad ſcholas, tanquàm ad opificium, quò parent ſibi deinceps victum. Ipſe etiam ſcholaſtici dictu incredibile, quàm parvi inſtitutores ſuos faciant, quàm proſequantur honore exiguo, & præmijs adeo tenuibus, vt Doctores inſignes, ac primi nominis tolerare ſe ſe vix poſsint. *Abſt.* Ita ſunt ab inſtituto ſermone aliena: revertamur ad convivium. *Aſot.* Hoc malim audire, & miſſos faciamus iam tandem ſermones iſtos ſtudioſos, qui ſunt profectò infrugiferi. Neſcio quemadmodum vos Itali de eruditione ſtatuitis: mihi certem res videtur non ſolum inutiliſsima, ſed etiam damnoſa. *Abſt.* Iam videtur novi, & ſui, quod tibi, & nobis quoquè videretur, ſi non


plus

plus haberemus mentis, quàm tu. *Aſot.* Non eſſe finis. Itaquè audi iam. Primum omnium accubuimus ſeveri, & triſtes, lacrata eſt menſa: ſilentium vbiquè, & quies: cœpimus expediri cultellum quiſquè ſuū, ſpeciem præbebamus non inuitatorum, ſed inuitorum, adeò id diceres facere nos coactos, & faciebamus revera admodum ſegniter: nondum enim incaluerat animus ardore illo libero; aptat quiſquè mantile ſuum humeris, nonnulli etiam pectori, alij de mappa extendunt ſuper gremium; ſumit panem, aſpicit, voluit, purgat ſi quid eſſet carbonis, aut cinerum decorticat, & hæc omnia lente, & cunctabunde. Quidam auſpicati ſunt cœnam à potione; alij priuſquam biberent, paululum ſumpſerunt acetarij, & bubulæ ſalitæ, ad excitandum dormiens palatum, & ſtimulandum languidulum. Primus ſchypus fuit cervſiæ, vt frigidum cœmentum ſubſterneretur ardori vini. Allatus eſt ſacer ille liquor primum poculis anguſtis, & exiguis, quæ magis ſitim irritarent, quàm reſtringeret. Dominus homo feſtiviſsimos, qui potiorem in hac tota regione nullum habet, ac ne parem quidem mea vtiquè ſententia (quod ſit dictum, ſine cuiuſquàm iniuria) iubet adferri

ferri pocula capaciſsima, & cœptum eſt largiter potari more Græco, vt dicebat ille Philogræcus quidam, qui Lovanij olim ſtuduerat. Ibi cœpimus loqui, tum incaleſcere, hilaritas vbiquè, & riſus diffuſiſsimus: ò cœnæ noctesquè deorum? Alij alijs præbibimus, & magna æquitate faciebamus paria: nefas erat ſodalem fraudere, tali preſertim tempore. *Abſt.* Meritò quem agitur non de calice vini, ſed de ſenſu, & mente rebus in homine præcipuis. Sed vt hac de rè tam læta, tam feſtivata, & ego colloquamur primùm rogandus es, an ſis ebriùs. *Aſot.* Non te vera, & facilè eſt cognoſcere ex ordine orationis mea: nam ſi eſſem, putas me hæc referre potuiſſe adeo compoſite? *Abſt.* Rectè eſt alioqui iuxta mihi verſiculum, cum abſente litigarem. Principio cur non extruitis templum aliquod in hac regione Bacho, cœleſtis huius liquoris repertori? *Aſot.* Hoc veſtrum eſt qui ædem habetis Romę Segij, & Bachi, nobis ſatis eſt quotidiè illi paſsim ſacra facere. Et fortaſſe erigeremus templum, ſi conſtaret fuiſſe illum inventorem: nam eà de rè audivi diſparare inter ſtudioſos quoſdam. Sunt, qui putē primum fuiſſe Noen, qui vinū biberit, quiquè ſit inebriatus. *Abſ.* Dimittamus ita. Cedo,

quod vinum bibebatis? *Aſot.* Quid noſtra refert, quod ſit vinum, aut cuias? Habeat modo nomen, & colorem vini, id ſatis eſt nobis; delicias illas quærat Gallus, aut Italus. *Abſt.* Quæ ergo poteſt eſſe delectatio, cum id non guſtas, quod in corpus ingeris? *Tric.* Fortaſſe nonnulli initio aliquid guſtant integro palato, mox verò depravato ex tanta humoris redundantia guſtum omnem amittunt. *Abſt.* Siti iam extincta nulla ſupereſt voluptas, quæ tota ſita eſt in ſatisfaciendo deſiderijs naturalibus, ita vt tormenti ſit genus ſine ſiti bibere, aut ſine fame edere. *Tric.* Putas nos, Abſtemi, ad voluptatem pôtare, aut quod magis ſit iucundum? *Abſt.* Tanto ergo eſtis peiores beſtijs, quæ aviditatibus naturalibus aguntur: vos nequè illuc ducit ratio, & retrahit natura. *Tric.* Ducit nos eò ſodalitas, & paulatim inebriamur imprudentes. *Abſt.* Quoties eſtis inebriato, quoties alios ebrios vidiſtis? *Tric.* Quotidiè plurimos. *Abſt.* Non ſufficiunt ergo tam multa experimenta ad devitandum rem tan fœdam? Atqui bellua, vel vno experimento fieret cautori. *Glau.* Aut ſodales iſtos, in quorum gratiam tranſeunt ex hominibus in beſtias, ſcis

quàm

quam habent charos? Dum potant, darent illis præcordia: digreſsi illinc vix agnoſcunt, vitam, & animam cuiuſvis illorum nollent redemptam ſibi nummo ſextertio? *Abſt.* Quibus ex poculis auriebatis vinum, & quomodo? *Aſot.* Primum allata ſunt vitrea, paulò poſt ob periculum ſublatis illis exhibita argentea. In vinum inijciebamus à primo herbulas, quod id ſuaderit anni tempus: paulò poſt ius carnium, lac, butyrum, cremorem. *Ariſt.* O ſpurcitiem ne belluis quidem tolerabilem! *Tric.* Quantò tu tragicoteron exclames, ſi ſcias alios in aliorum pocula manus ſordentes immittere? Conijcere ovorum, & pomorum, & nucum putamina, & olivarum, ac pruncrum olla. *Abſt.* Abſtine ab his narrandis, ſi vis ne me in ſelvas aliquas fuga abripiam. *Tric.* Audi in aurem Glaucia. Quidam horum geſtant in faciendo itinere comis venatorium plenum vt neceſſe eſt, pulvere, & ſtipulis, & flocis, & ſordibus alijs, ex hoc bibimus. *Gla.* Quid? *Tric.* Quid verò? Vinum. *Gla.* Imò verò mentem. *Tric.* Planè ita eſt, & poſt epo am mentem matulis non admodum mundis ſumptis deſcamno lectica ri vſui ſumus pro calicinus. *Abſt.* Quis fuit convivij exitus tanquam fabula? *Aſot.* Natant vino pavimenta.

Inebriati ſumus omnes, hoſpes in primis homo ſtrenuus, deieci ſub menſam magna victoria duobus aut tribus *Abſt.* O præclaram victoriam, & de re pulcherrima ac prędicanda! Sed omnes tamen vinum vicit? *Aſot.* Etiam. *Abſt.* Miſerum te, quid putas eſſe ebrium? *Aſot.* Probe, & ex animi ſententia indulſiſſe Genio. *Abſt.* Cui Genio? Bono an malo? *Claud.* Si rectè omnia ſcuteris, nuſquam invenies qui indulgeant, neque enim animo, nec voluptati, nec vlli rei alteri, cui alij indulgent, qui vicijs optemperant, & pravis animi cupiditatibus; Sed inebriari eſt, ſenſuum facultates amittere ex re de poteſtate rationis, iudicij, mentis: planè ex homine fieri, vel pecus, vel ſaxum: quæ deinceps ſequantur, etſi nunquam ebrios vidi, tamen facillimum eſt conijctare, loqui, & neſcire qui loquaris; ſi quid commiſſum eſt, tibi arcanum maximè celandum, effutiri, atque ea dicere, propter quæ te, & tuos, & ſæpè patriam, ac Provinciam vniverſam in grava diſcrimen adducas; nulla diſtinctio amici, & inimici, vxoris, & matris; rixè iurgia, inimicitiæ, plage, vulnera, mutilatio, occiſio. *Tric.* Etiam ſine ferro, & ſanguine, nam non pauci continuant ebrietatem cum morte. *Glau.* Quis non

ma-

mali domi ſecum cane aliquo aut fele inclu-
dere, quàm cum ebrio: Plus enim mentis
eſt in illi animantibus. *Abſt.* Poſt ebrieta-
tem verò cruditas, debilitatio nervorum,
paraliſes, arthretici cruciatus, gravedo ca-
pitis, & corporis totius, hebitatio ſenſuum
omnium, memoria extinguitur, ingenij
acies retunditur: vndè ſtupor in tota men-
te, & ad intelligendum ſapiendumque, & ad
eloquendum. *Aſot* Iam incipio intelligere,
magnum eſſe malum ebrietatem: hoſt hac
dabo ſedulam operam, vt bibam ad hi-
laritatem, non ad ebrietatem. *Glau.* Hi-
laritas eſt ianua ebrietatis, nemo venit
ad bibendum eo animo, vt inebrietur:
ſed bibendo exilaratur, continuè poſt
ſequitur ebrietas: difficile eſt enim ſig-
nare hilaritatis metam, atque in ea ſiſ-
tere. Lubricus eſt gradus ab hilaritate
ab ebrietatem. *Abſt.* Dum vinum habes
in ſcypho, illud eſt in tua poteſtate, dum
in corpore, tu es in illius: haberis iam,
non habes. Quum bibis tu, tractas vinum
pro tuo libito: poſtquam biberis, illud te
tractabit pro ſuo. *Aſot.* Quid ergo? Num-
quamne eſt bibendum? *Abſt.* Dum vitant
ſtulti vitia: in contraria currunt. Biben-
dum quidem, non potandum. Natura
ſola in hoc docet bruta, hominem non
do-

docebit eadem natura ratione adiuta?Edes cum eſuries, bibes cum ſitis. Fames, & ſitis admonebant quantum, quando, quatenus edendum, & bibendum. *Aſot.* Quid ſi ſemper ſitiam, nec ſitim poſſim mitigare, quin fiam ebrius? *Abſt.* Bibe quod inebriare non poſſit. *Aſot.* Non fert conſtitutio mei corporis. *Abſt.* Quid ſi tantum eſurcis, vt ex ſatiari nullo cibo poſſes niſi diſrumperetis. *Aſot.* Ea verò non eſſet fames, ſed morbus. *Abſt.* Nimirum opus eſſet medicina ad eam famem tollendam, non dapibus? Nonne? *Aſot.* Quid ni? *Abſt.* Eodem prorſum modo medico tibi eſſe opus ad eadem ſitim, non caupone, & potione de pharmacopolio petita, non de œnopolio; non eſt ea ſitis, ſed morbus, & quidem perniciofius.

## REGIA.

*Agrius, Sophronius, Holocolax.*

AGr. Quid eſt quod tam multi regen comitantur, tam vario cultu? *Soph.* Quin tu potius vultu contemplaris, quam cultus? Magis ſunt editi vultus varij ac diverſi, quam cultus, & veſtitus. *Agr.* Iſtud, quoque de vultibus quamnam habet

bet cauſam? *Soph.* Veſtuntur quidem alias pro facultatibus, alias pro ratione dignitates, aut generis, ſæpè etiam vt cuique eſt, vel ambitio, vel vanitas, multi quoque veſtimentorum elegantia vtuntur pro hamo, & reti, ad favorem captandum, vel regis, vel procerum, animos puellarum non rarò. Vultus autem affectus animi ſequitur, talis eſt ferè, qualis interior animi habitus. *Ar.* Sed curtan multi huc conveniunt. *Hol.* Hanc non decèt, vt plurimi ſint vbi eſt caput regimen provinciç . . tius? *Soph.* Optimè, ſed pleriquè non adeo Rempub. ſpectant, vt privatum; & ſequuntur eum in cuius manu eſt regimē, non tàm patriæ, quàm fortunarum. *Hol.* Quidni quandoquidem omnia ſunt pecuniæ venialia. *Soph.* Sic iudicant illi, quibus animus, & mens nihil omnino eſt; valetudo autem, & dotes corporis viles. *Agr.* Quid opus eſt in hoc tumultò aulico tanta philoſophia ſpeculatione? Ego verò malim de bobis intelligere, quinam ſint iſti tanto numero, tam varia ſpeciè ac forma? *Hol.* Ego tibi omnes percenſebo ordine. Nam ſophronius hic, quantum intelligo, non eſt ad modum in regijs verſatus: ego verò comitatus omnes regios adij penetrabi, perſcrutatus ſum, perſpexi, gratus ſemper om-

omnibus, & iucundus. *Soph.* Indè credò paraſti tibi cognomen illud Holocolacis. *Hol.* Rem tenes ſed tu Agriuſculta. Ille in quem aures, oculi, mens omnium intenta eſt ac defixa, eſt Rex caput Reipublicæ. *Sohp.* Verè caput, & ideò ſalus quum eſt ſapiens, ac probus; perniciens autem, quum malus aut demens. *Hol.* Ille, qui ponè ſequitur puellus, eſt filius hæres, quem in aula Græca vocabant, hoc eſt Dominum, in Hiſpania vocant Principem, in Gallia Del, inum. Torquati illi in veſtibus holoſericis, & holobricis. Proceres ſunt Regni, inſignes Dignitatum militarium nominibus, Principes, Duces, Præſides, limitanei, quos Marchiones nominant, Comites, viri, qui Barones voce barbarà nominatur, Equites. Ille eſt Magiſter Equitum, quem vulgò Comitem ſtabilem appellant, nomine ex aula Græca ſumpto, vbi manus Comeſtabulus cognominabatur, ſicut præfectus Maris, Almirantus. Eſt, & Pretorio perfectus, quę non ſolùm palatio præerat, ſed etiam ſatellitio, quem Romuli tempore, præfectum Celerem nominabant, & ſatellites ipſos, Celebres. *Agri.* Quinam ſunt illis in veſtibus talaribus, magna ſeveritate

vula

vultus. *Hol.* Sunt Regij Conſultores. *Soph.* Iſtos quos in conſilium adhibet Princeps, prudentiſsimos eſſe oportet, magni rerum vſus, & in decernendo grauitatis, ac moderationis ſummæ. *Agr.* Quid iſthuc? *Soph.* Quia ſunt oculi, & aures Principis, atque adeò Regni vniverſi, & eò magis, ſi cęcus, aut ſurdus ſit Rex, captus ſuis ſenſibus, vel ab ignorantia, vel à delicijs. *Agr.* Etiamne luſcus ille, & ille alter ſurdaſter, oculi atquè aures ſunt Regis? *Soph.* Prior eſt cordis cæcitas, & ſurditas. *Hol.* Eos, qui ſunt à conſilijs, ſequuntur ſcribę, necij pauci, vel vnius ordinis, tum qui pecuniam principalem tractant, vel procurant, coactores, tribuni ærarij, Pręfectus Fiſci, Procurator Fiſci, & Fiſci Advocatus. *Agr.* Qui ſunt iuvenes, illi comptuli, & feſtivi, qui ſemper regem ſectantur, & allans illi alij arridens, alij ore aperto volunt admirabundi? *Hol.* Hęc eſt cohors intimorum amicorum, deliciæ atquè oblectamenta Regis. *Agr.* Duos illos ingredientes cur affectantur tam multi vultuoſi? *Hol.* Quia ijs eſt apud Regem fides pręcipua: alter eſt pręfectus ſacris ſcrinijs, ſivè Princeps Scribarum: alter à ſecretis arcanis, apud quem eſt Regni breviarium: idem eſt Principi à memoria

ca-

eaquè de cauſa offerunt ſe illi quotidiè tam multi, vt memoriam illiùs de ſe refricet, ac renovet, quandoquidem is eſt principis memoria. Illi autem qui dicunt vultus, ſunt ligatores, quiquè res ſuas perſequuntur: nec eorum vnquàm negotia finem inveniunt, longa contexta ſeriè procraſtinationum. Duo illi, qui deambulant in porticu, præfecti ſunt alter cubiculo, alter regio equili, habenthi ſub ſe alios per multos cubicularios, & equiſones. Sed ingrediamur regiam cœnationem. *Agr.* Ah quanta turba! Qui apparatus tam anxius, & moroſus! *Sophron.* Id verò maiore cum admiratione fueris intuetus, ſi ſcias quàm levem ad rem pertinet, nempè vt ſorbeat ovum vnum, & pauxillium vini bibat nauſeabundus. *Hol.* Ille eſt hebdomadæ huius Architiclinus cum ſcripo Indico Pollicator eſt adoleſcens ille, ſtructor nondum eſt ingreſſus. *Agr.* Qui ſunt cum rege pranſuri? *Hol.* Quinam eſſet tam beatus, qui poſſet epulis accumbere divium? *Sophron.* Atqui olim regiæ menſæ adhiebantur convivę, modò duces exercitati, modò viri claro genere, alias inſignis, vel vſo rerum, vel eruditione, quorum ſermone rex fieret meliore ac ſapientior. Sed Gor-

thi

thica, & aliorum Barborum ſuperbia morem hunc noſtrum invexit. *Hol.* Habent proceres aſſeclas ſuos armigeros, exoletos, pueros pediſequos, pueros à pedibus, ſive à calcari. Sunt inter eos divites magnificentiſsimi, qui pleroſque excipiunt cœna recta: alij quibus hoc moleſtum videtur, mittunt amicis ſportulas: idque eſt amicis tenvioribus vtilius; ſed recta convivariplus habet ſplendoris. *Agr.* Aliud hominum genus videre mihi videor in illo cœnaculo. *Hol.* Illud eſt gymnecium, ibi regina habitat cum matronis ſuis, & puellis. Aſpice vt ingrediuntur, & egrediuntur; & ex pertenone, tamquàm apes ex alveario, iuvenes amatores mancipia. Cupidinis. *Sophron.* Sæpè, & ſenis, vis pueri. *Holoc.* Nihil eſt maioris voluptatis, quàm audire illorum acutè excogitata, dicta, vel poemata, cantiunculas, melodias antelucanas, conſabulationes cum puellis, videre ſaltationes obambulationes, verietates colorum in cultu, habitus, & formas veſtimentorum habent pueros amanuenſes, per quos mittuntur, & remittuntur mandata, hi verò nuntiant, & renuntiat vltro, & citto mandata, qua ſolertia diligentia,

cuu-

educatione, divi veſtram fidem nudis capitibus, flexo poplite, atque etiam poſitis genibus. Audire eſt quotidie, & videre aliquid novi, innopinati, acutè, & ſubtiliter excogitati, ve dicti animosè, aut dexterè, aut ſolutè facti. *Soph.* Imò diſſolute. *Hol.* Quæ felicitas maior? quis poſsit ab huiuſmodi ſuavite divelli? *Soph.* Colax, colax, & tu ſine amore inſanis, & ſine vino ebrius es: quæ ineptia poteſt eſſe maior, quam iſta abs te deſcripta? *Hol.* Neſcio quinam vt ex ſcholis videas pleroſque diſcere, ingrilsi ſemel aulam in ea conſeneſcant. *Soph.* Tamquam quidem Circes poculo biberant amiſſa mente, & in belluarum ingenium degenerantes, nolebant inde egredi, & ad hominum naturam, ac conditionem redire. *Agr.* At hi omnes, quum ſe ad ſuam quiſque domum receperunt quid agunt; quibus ſe actionibus occupant, vt ſaltem fallant tempus? *Soph.* Plerique omnes nihil magis addunt ſerium, quàm quod cernis: atque adeo otium illis multorum vitiorum parens eſt ac nutricula. Ludunt quidam taxilis, chartis, alveolo, aciebus, alij per occultam detractionem, & artificioſam maledicentiam, horas promerianas tranſmittunt, hoc eſt quibus domi deſident; aliqui mirificè ca-

capiuntur ſecurris, & planis in quo ſunt profuſiſsimi, cætera præparci, & ſordidi. Sed præcipuè aulæ corruptela eſt, aſſentatio vniuſcuiuſque erga altos omnes, quodque peius eſt erga ſemetipſum. Ea efficit, vt nullus vmquam nec à ſe, nec a ſocio veritatem conducibelem audiat, niſi fortè in iurgio; quam tum parum pro veritate accipit, ſed pro contumelia. *Ho.* Hic quæſtus eſt nunc multò vberrimus. Tu cum tua veri loquentia eſuries ſtrenue: ego arriendo, ac blandiendo omnia approbando, & laudando, quaſi locuples. *Agr.* Non poſſent hæc incommoda reges corrigere? *Soph.* Per facilè, vellent modo. Sed alijs hi mores placent, qui à ſuorum ſimiles: alij ipſi ſibi easa occupationes accerſunt, per quas numquam vacet recti aliquid, aut ſani cogitare, non deſunt, qui remiſſis animis, & diſſoluti, non arbitrantur illius domus, ac familiæ mores ad curam ſuam pertinere, quæ non pertinet profecto minus, quàm ad vnumquemque noſtrûm ſua domus privata.

* * *

* * * * * * * * * * * *

# PRINCEPS PUER.

*Morobolus, Philippus, Sophobulus.*

MOrob. Quid agit tua celſitudo Philippe? *Phil.* Lego, & ediſco, vt ipſe intueris. *Mor.* Intueor ſanè, & cum dolore, defatigas te, & maceras generoſiſsimè iſtud corpuſculum. *Phil.* Quid ergo agerem? *Mor.* Quid alij proceres, Principes, viri nobiles, & opulenti: equitare, confabulari cum puellis Auguſtæ matris tuæ, ſaltare, diſcere artem tractandi arma, luſitare folijs aut pila, ſalire, currere, hæc vides eſſe ſtudia nobilitatis iucundiſſima. Quod ſi tantis oblectationibus fruuntur, qui vix digni ſunt, vt in familiam tuam admittantur, quid te facere convenit, tanti Principis filium, & hæredem? *Phil.* Quid ſtudium litterarum nihilne prodeſt? *Mor.* Prodeſt quidem, ſed ijs, ſivè ſunt initiandi ſacris, aut qui ea arte victum ſunt ſibi comparaturi: quemadmodum alijs ſutoria, alijs textoria, & artes cæteræ quæſtuariæ. Surgæ, quæſo te pone libros de manibus, eamus deambulatum, certè vt reſpires aliquantiſper. *Phil.* Non licet mihi nunc per Stunicam, & Silicenm. *Mor.*

Qui

Qui ſunt ſit Stunica, & Siliceum? An non ſubditi tui, in quos tu habes imperium, non illi in te? *Phil.* Stunica eſt educator meus: Siliceus autem inſtitutor litterarius. Subditi ſunt illi quidem mei, ſeu verius patris: ſed pater, cui ego ſum ſubditus, præfecit illos mihi, & me illis ſubiecit. *Mor.* Quid ergo? Dedit pater celſitudinem tuam in ſervitutem illis hominibus? *Phil.* Neſcio. *Mor.* Ah facinus indigniſſimus? *Soph.* Minimè verò, ò fili, imò illos fecit ſervos tuos, quos voluit tibi ſemper adhærere oculos, aures animum, mentem in te vnum defixam gerere ſemper, & relictis ſuis quemque negotijs, tuum vnius negotium agere; non vt te imperiosè vexent, ſed vt rudes tuos mores boni illi, & ſapientes viri ad virtutem, decus, atque excellentiam forment, non quo te reddant mancipium: ſed vt verè liberum, & verè Principem: quibus ſi non obtemperáveris, tum demum ſervus eris extremæ conditionis, peior ijs, qui hic inter nos verſantur, empti, & venditi ex Æthyopia, vel Africa. *Mor.* Cuius tandem eſſet mancipium, ſi illis educatoribus morem non gereret. *Soph.* Non certe hominum, ſed vitiorum, qui domini ſunt importuniores, atque intolerabiliores

quovis homine improbo, & ſceleroſo. *Phil.* Non ſatis iſta intelligo, quæ dicis. *Soph.* At intellexiſti, quæ Morobulus? *Phil.* Planiſsimè omnia. *Soph.* O quam eſſent homines felices, ſi quam cito habent ſenſum, atque intelligentiam rerum levium, & malarum, haberent etiam bonarum, & conducibilium. Nunc verò contra evenit, ætate iſta nugas, neptias, imò inſanias, ad quas te Morobulus eſt adhortatus, facilè intelligis: quæ ego de virtute, de dignitate, de omni laudis genere dicerem, tam caperes, quàm ſi Arabice loquerer, aut Gothice. *Phil.* Quid ergo faciendum cenſueres? *Soph.* Vt ſaltem ſuſtineres aſſenſionem, nec huius ſuaſibus, nec meis acquieſceres, quoad de vtriuſque poſſes iudicare. *Phil.* Quis dabit hoc iudicium? *Soph.* Ætas, inſtitutio experimenta. *Mor.* Hui, quàm eſſet longum iſta expectare. *Soph.* Bene monet Morobulus, abiice libros? eamus luſitatum, & ludemus ludum, in quo vnus eligitur Rex, is præſcribit alijs, quæ ſint agenda, parent cæteri iuxta leges luſionis, tu eris Rex. *Phil.* Vt erit ludus, nam ſi eum ignorem, quomodo potero Regem in illo agere? *Soph.* Quis dicis Philippule dulciſsimè, deliciæ Hiſpaniarum? In ludo

ſto, & rebus leviſsimis, in quibus error nihil affert periculi, non auderes Regnum ſuſcipere laudi neſcius, & vis tot, & tanta Regna ſerio capeſſere, ac regere, ignarus conditionum, populorum, legum adminiſtrationis? Denique rudis totius prudentię, inſtructus ſolùm ridiculis ineptis quas tibi Morobolus hic in animum inſtillat? Heus puer, dic præfecto equilis, vt proferat huc equum illum Neapolitanum ferociſsimum, calcitronem, & ſternacem, in quo Philippus ſedeat. *Phil.* Minimè illum vero, ſed alium cicurationem? nam regendi equitatu reſractarij nondum artem habeo nec vires. *Soph.* Quæſo Philippe, & putas tu leonem vllum eſſe æquè ferocem, aut equum adeò calcitronem, & refractarium, & minus parentem fręnis, quam gentes, ac cœtus hominum, qui conveniunt, & congregantur ex omni vitiorum, flagitiorum, ſcelerum, & facinorum genere, ex animi perturbationibus concitatis, incenſis, inflammatis, ardentibus? Equum non audes attingere, populum poſcis quovis equo ad regendum tractandumque difficiliorem. Sed miſſa iſthæc faciamus. Vides in hoc flumine illam cymbulam? Navigatio eſt iucundiſsima, atque amœniſsima inter

prata, & ſalicta, quæſo, deſcendamus in eam, tu ſedebis ad clavum, & ages cymbam. *Phi.* Ita planè vt vos ſubvertam, & demergam, quemadmodum nuper fecit Pimentellulus. *Soph.* Nec cymbam quidam gubernare vis, in amne tam modico, & tam placido, quia rudis & compertus te mare illi, vndis, fluctibus, tempeſtati populorum, inſcius, & inexpertus! Planè viſui tibi evenit quod Phaethonti, qui aurigandi neſcius, ardore iuvenili currum patris gubernandum ſibi depopoſcit, notam eſſe tibi fabulam reor. Præclarè Iſocrates, duas res maximas in hominum vita dicebat eſſe Principatum, & Sacerdotium: quas tamen nemo non expeteret tanquam dignus, nemo non crederet ſe rectè poſſe gubernare tanquam prudentiſſimus. *Phil.* Intelligo nihil eſſe conditione ac perſonæ meæ, perinde neceſſarium, vt artem ac peritiam regendi Regni. *Soph.* Probè rem tenes. *Phil.* Quomodò eam aſſequar. *Soph.* Eduxiſti tu illam tecum ex matris vtero? *Philip.* Nihil minus. *Soph.* Quomodo igitur ſcies, niſi diſcas? *Philip.* Nullo modo. *Soph.* Qua igitur fronte audet Morobulus hic eſſe tibi Author, vt ea ſtudia reijcias, quibus, & artis huius peritia, & aliarum rerum maximarum, ac pulcherrimas

marum cognitio paratur? *Phil.* A quibus ergo ſunt hæc audienda. *Soph.* Ab ijs, qui ea maximus ingenij animadverterunt, atque obſervarunt, quorum alij ſunt mortui, alij vivi. *Phil.* E mortuis quomodo diſcendum: poſſunt ne mortui loqui? *Soph.* Nunquam nefando audiviſti nominari Platonem, Ariſtotelem, Ciceronem, Senecam, Livium, Plutarchum? *Phil.* Magna nomina; ſæpè, & cùm ingenti admiratione, ac laude. *Soph.* Illi ipſi, & alij permulti eorum ſimiles iam olim vita defuncti confabulabuntur tecum quoties, & quandiu libuerit. *Phil.* Quomodo? *Soph.* Libris, quos ad docendam poſterioritatem relinquerunt. *Phil.* Quin dantur mihi illi iam in manus? *Soph.* Dabuntur brevi, poſteà quam dediceris eum ſermonen quo poſsis loquentes illos intelligere. Suſtine pauliſper, atque hanc brevem moleſtiam perfert, quæ devoranda eſt in accipiendis principijs illicò poſt incredibiles ſequentur delectationes. Quas qui nondum deguſtarunt, mirandum non eſt à litterato ſtudio abhorrere. Nam qui ſunt expertis, eos citiùs a vita, quàm à libris, & rebus cognoſcendis avelleris. *Phil.* Cedo vero, qui ſunt vivi, à quibus ſapientia hæc diſcenda eſt, & mens bona? *Sophobul.* Si iter eſſes quod piam

ituros, à quibus tandem de itinere percontaretis? Vtrum ab ijs, qui iter illud nunquam viriſſent an qui aliquando confeciſſent? *Ph.* Ab ijs, ſcilicet, qui confeciſſent. *Soph.* Vita hæc non eſt velut iter quoddam & profectio perpetua? *Phil.* Sic videtur. *Soph.* Qui ergo iter hoc parambularunt? Senes an iuuenes? *Philip.* Senes. *Soph.* Senes igitur auſcultandi. *Philip.* Omnes indifferenter? *Soph.* Acutè rogas, non omnes promiſcue, ſed quemadmodum de via, ſic de vita vtrinotunt viam, qui eam peregerunt, nihil animaduertentes, aliud agentes, animo non minus peregrinante, quam corpore? an qui annotarunt diligenter, & attentè ſingula, & memoriæ mandarunt? *Phil.* Nimirum hi poſteriores. *Soph.* Ergo in conſilio de vitæ ratione capiendo non audiendi iuuenes, qui iter hoc nunquam ſunt ingreſsi quanto minus adoleſcentes, & quod ſtultiſſimum eſt, atque indigniſsimum, pueri? Neque ad id admittendi ſenes imprudentes, laſciui dementes, deteriores pueris, quos diuina Oracula execrantur, quod ſin pueri centum annorum Solis præbendæ aures ſenibus magni iudicij, vſus rerum, & prudentiæ. *Phil.* Quo ſigno eos dignoſcam? *Soph.* Nimirum ætate iſta, fili, nul-
lo

ſo adhuc: ſed vbi maius, & firmius acceſſerit iudicium, facilè id cognoſces ex verbis, & factis, tanquam nota certiſsima. Interea verò dum ea ingenij facultate non vales, crede te cunctis, & committe patri tuo, & ijs, quos tibi pater adiunxit inſtitutores, ac magiſtros in firmæq; iſtius ætatis gubernatores, & quaſi manuductores per eam viam, quam tu nunquam inijſti, Nam pater, cui charior es quàm ipſemet tibi maior eſt te cura, quàm tibi ipſi, atque ad eam rem non ſolùm ſuo vſus eſt conſilio, ſed hominum ſapientum. *Mor.* Nimis diu tacui. *Soph.* Ita plenè, præter morem tuum: eamque rem ego iam dudum vehementer demirabar. *Mor.* An non pater tuus Philippe, & Rex Galliæ, & alij magni Reges, ac Principes ſine litteris, & labore iſto tam moleſto, quem hic teneris tuis humeris inclementer imponit, regna, & ditiones ſuas regunt, & in officio continet? *Soph.* Nulla res tam facilis eſt, quæ non fiat difficilis, ſi invitus facias. Non eſt opera litteris, impenſa laborioſa ei, qui libens eam ſubit: qui autem invitus ei verò, vel luſitare, & in locis de ambulare amœniſsimis grave, ac intolerandum eſt, tibi Morobole nugrandi audiſsimo, & nugis ſemper aſſueto

ſe-

ſerium aliquid, vel agere, vel audire inſtar eſt mortis. Viciſsim alij complures vitam ſibi exiſtimarent acerbam, ſi ad iſtum modum vitæ ſuæ rationes inſtituerent. Quam multi ſunt in aulis præſertim, quibus nihil eſt dulcius, quam otium torpens atque inertiſsimum? Admovere manum alicui operi, tormenti eſt loco, quam multi viciſsim in Populis, qui emoriantur citius, quam ſic dies omnes vacuos tranſigere, & celerius delaſſentur nihil agendo, quam ab intentione animi in negotium aliquod? Sed vt reſpondeam tibi de Cæſare, & Rege Galliæ, audies à me in vniverſum de ſenibus quos poſuit eos eſſe, qui ſpatium hoc vitæ decurriſſent. Si omnes quotquot viam quampiam peregiſſet, concorditer narrarent ſe per viam in locum inci diſſe plenum difficultatis, & periculi, ei quos ſaucij, & peſsimè affecti diſceſſerint: quod ſi eiuſmodi iter rurſum eſſent ingreſſuri, nihil diligentius caverent, quam illud diſcrimen: quid tu cenſes, an non hominis foret amentiſsimi, quum eadem ipſe via inſiſtere, non recordari tanti periculi, non illud devitare. *Phil.* Nondum teneo quid velis. *Sophobul.* Faciam igitur planius exemplo, finge eſſe ſupra numen iſtud tabulam anguſtam

pre

proponiculo? Referant tibi omnis quotquod equo di inſidentes tentarint illum tranſire, decidiſſe in aquam, adiiſſet vitæ diſcrimen, ægre eſſe extractos ſemivivos: intelligiſne hoc? *Phil.* Belliſsimè. *Soph.* Quid tu iam? An non tibi demens videre, ſi faciens illac iter non ex equo deſcenderes, & effugeres id periculum, in quo alios veniſſe audis? *Philip.* Nimirum ita agerem. *Soph.* Et meritò. Quære tu iam ex ſenibus quid maximè ſenſerint incommodum in vita, quid eos prætermiſiſſe doleat, & vehementer pœniteat? Omnes tibi vno ore reſpondebunt: qui aliquid dedicerunt; non plus dediciſſe; qui verò nihil, non adhibuiſſe operam, vt aliquid ſcirent. In hanc querimoniam ingreſsi, non faciunt finem referendi miſſos ſe fuiſſe à parentibus, aut educatoribus ad Scholas & Magiſtros litterarum; ſe tamen vanis delectatiunculis, vel luſionum, vel venatorium, vel amorum, aut eiuſmodi nugarum illectos, amiſsiſſe pulcherrimas, è manibus diſcendi occaſione. Itaque conqueruntur de fato ſuo, & ſortem ſuam deplorant, ac ſemetipſos accuſant, damnant interdum quoque execrantur. Vides ergo locum hunc deſidiæ, atque ignorantiæ eſſe in via hac vitæ maximè infeſtum, &

pe-

periculoſum, vnumquę omnium præcipuè deuitandum? quoniam quidem audis tam miſerabiles eorum querelas, qui in illum ſunt collapſi: is eſt igitur omni cura, & diligentia cauendus, & ſegnitie, otio diliciclis, nugis reiectis, ac ſpretis, in ſtudia litterarum, cultumque bonæ mentis tota animi intentionę incumbendum. Tu hac de te patrem tuum roga, tametſi iuvem adhuc, & Morobole, tuum iam ſenem intelligetis ex eis veram eſſe meam ſententiam.

## LVDVS CHARTARVM, ſeu foliorum.

*Valdaura, Tamaius, Lupianus, Caſtellus, Manricus.*

VAld. Quàm aſperum tempus, quàm rigens, & æuum cœlum, quàm obſcœnum ſolum. *Tamai.* Quid nos monet hic cœli ac ſoli habitus? *Vald.* Non egerdi domo. *Tam.* Quid verò domi egere? *Valdaur.* Ad luculentum focum ſtudere, meditari, cogitare de rebus, quæ aliquid emolumenti adferant mentis, & probis moribus. *Caſtel.* Id quidem agendum præcipuè, nec aliquid eſſe debet homini antiquius. Sed vbi ab inten-

tiea

tione illa delectatus fuerit animus, quo divertet, hoc dumtaxat tempore? *Vald.* Alijs quidem aliæ ſunt animorum refectiones, ego vero luſu foliorum magnopere oblector ac recreor. *Tam.* Et hæc temporis qualitas eo invitat, vt abdamus nos in cubiculum benè clauſum, & obſeptum vndique à vento, & frigore, lucente camino, menſa poſita cum chartis. *Vald.* Heu, minimè chartas. *Tam.* Luſorias dico. *Vald.* Iſtud placet. *Tam.* Tum pecuniæ promatur, non nihil, & calculi ad computandum. *Vald.* Nihil opus erit calculis, ſi minutili adſint numi. *Tam.* Ego nullos habeo, præter quam aureos, & argenteos craſsiores. *Vald.* Commuta aliquos ex argenteis minuta pecunia: Heus puer, cape ſtuſcrus hos ſimplos, duplos, ſeſquiduplos, triplos, & à numulario cura nobis nummos, minutos, ſimplos, duplos, triplos, non majores. *Tam.* Quam nitidi ſunt hi nummi. *Vald.* Nimirum recentes adhuc, & aſperi. *Tam.* Concedamus in forum aleatorum, vbi omnia inveniemus parata. *Caſtel.* Non expedit: nam haberemus arbitros pluſimos, Quid refert ludas illic, an via publica? Conſultius fuerit, vt recipiamus nos in cubiculum tuum, & accerſamus ex ſodalibus aliquos, maximè ani-

animo refocillando idoneos. *Tam.* Tuum conclave eſt ad id commodius. Nam in meo cubiculo ſubinde a pediſequis matris interpellaremur, aliquid ſemper quæritantibus in arcis mundi muliebrimus. *Vald.* In cœnatione igitur. *Tam.* Eſto, ita eamus. Pueri ſiſte hic nobis Franciſcum Lupianum, Rodericum, Manricum, & Zoilaſtrum. *Vald.* Mane, minimè vero Zoilaſtrum, hominem iracundum, rixorum, clamoſum, calumniatorem, & qui minimis de rebus excitat ſæpè atroces tragœdias. *Caſt.* Optime profectò mones. Nam ſi adolens talis recreationi ſe noſtræ admiſcerent, non eſſe id ludere, ſed ſerio rixari. Accerſe igitur pro illo Rimoſolum. *Vald.* Neque hunc: niſi velis quæcumque hic fuerimus nugati, ante ſolis occaſum notum eſſe toti Civitati. *Caſt.* Tam bonus eſt præco? *Vald.* Etiam rerum quas ſciri nihil attinet. Nam res bonas ſacratius reticet, quam myſteria Eleuſinæ. *Tam.* Veniant ergo Lupianus, & Manricus ſoli. *Caſt.* Hi ſunt belli ſodales. *Tam.* Et mone illos, vt adferant ſecum nummulos: quicquid eſt autem ſeveritatis, & ſerij domi commendent Philoppono tetrico: veniant facetijs, lepore, gratijs comitati. *Lup.* Salvi ſitis ſodales feſtiviſsimi. *Vald.* Quid ſibi vult contractio

tio iſthæc frontis? Exporrigite iſtos vulticulos. An non eſtis iuſsi, cogitationes omnes litteratas apud Muſeum deponere? *Lup.* Cogitationes noſtræ litterariæ ſunt adeò illitteratæ, vt eas Muſæ, quæ ſunt in Muſeo, reſpuant. *Man.* Salvete. *Vald.* Salus eſt dubia quando ad acies, & pugnas vocamini, & quidem quibus reges ſint interfuturi. *Tam.* Eſtote bono animo: crumenæ impetuntur, non iugula. *Lup.* Crumena pleriſque eſt pro iugulo; & pecunia pro ſanguine; ac ſpiritu; velut iſtis Caribus quorum vitæ contemptus inſtrumentum eſt regibus ad exercendos ſuos ſutores. *Man.* Nolo ego eſſe actor in hac fabula, ſed ſpectator. *Tam.* Qui ſic? *Man.* Quia ſum infortunatiſsimus, ſemper à ludo diſcedo victus, & ſpoliatus. *Tam.* Scis, quid dicunt proverbio aleatores: ibi quærendam eſſe togam, vbi amiſeris. *Man.* Verum, ſed periculum eſt, nedum togam omiſſam quæro, perdam, & tunicam, & interulam. *Tam.* Accidit quidē hoc non rarò. Sed qui non periclitatur, non diteſcit. *Man.* Ea eſt Metallicidarum ſententia. *Tam.* Imò etiam * Iani Medij Antverpienſis. *Vald.* Rectè habent. Non poſſumus niſi quatuor ludere: ſumus quinque ſortiemur, quis erit alio

**Iani Medij locus eſt, vbi negotiatore cōgregātur.*

aliorum ſpect cor ? *Manr.* Ego ero ſine ſortitione *Vald.* Nihil tale, nulli eſt facienda iniuria, non cuiuſquam voluntas id decernet, ſed ſors, cui primus rex obtigerit, ſedebit otioſus ſpectator, & ſi quid inciderit controverſiæ, iudex. *Lup.* Ecce vobis faſciculos duos foliorum integros, alter eſt Hiſpanienſis, alter Gallicus. *Vald.* Hiſpanienſis hic non videtur iuſtus. *Lup.* Quid ita? *Vald.* Quoniam deſunt decades. *Lup.* Non ſolent illi habere, vt Gallici habet. chartæ enim Hiſpanæ quemadmodum, & Gallicæ, in quatuor ſunt genera, ſeu familias diviſæ, Hiſpanæ habent aureos numos, charchesia, baculos, enſes: Gallicæ corda, rhombulos, trifolia vomerculos, ſeu palas, ſeu ſpiculas: eſt in quaque familia rex, regina, eques, monas, dyas, trias quaternio, pentas, ſenio, heptas, ogdoas, enneas? Gallicæ habent etiam decades? & Hiſpanis aurei, & charcheſia potiora ſunt pauciora: contra enſes, & baculi. Gallis autem plura ſunt ſemper meliora. *Caſt.* Quo luſu ludemus ? *Vald.* Triumpho Hiſpanico, & diſtributor retinebit ſibi indicem chartam, ſi ſit monas, aut imago humana. *Manr.* Sciamus iam, quis erit ludo excluſus ? *Tam.* Probe mone, cedo folia, hoc eſt tuum, hoc iſtius, hoc Lupiani, tu es iudex,

index. *Vald.* Malim te mihi iudicem, quam colluſorem. *Lup.* Bona verba! Cur iſt huc, quæſo? *Vald.* Quia es in ludendo ad modum vafer, & cavillator: tum aiunt te artem tenere componendi folia, vt tibi expediat. *Lup.* Non habet fraudem meo luſio, ſed imperitiæ tuæ induſtria mea videtur impoſitura, quod fere ignaris contingit Cæterum qui tibi placet Caſtellus? Quiſimul, ac lucratus eſt pauxillium pecuniæ deſerit colluſores. *Tam.* Eludere eſt hoc quidem potiùs quàm ludere. *Vald.* Levius hoc malum: nam ſi vincatur, affixus erit ludo, clavo plus quam trabali. *Tam.* Sed luſuri ſumus bini, duo contra duos; quomodo erimus comparati. *Vald.* Ego ludi huius inſciens adhærebo tibi Caſtelle: Quem audio eſſe callentiſsimum. *Tam.* Adde etiam callidiſsimum. *Caſt.* Non eſt hic opus electionibus; ſorti ſunt committenda omnia, quibus obvenerint plura puncta adverſus eos pugnabunt quibus pauciora. *Vald.* Eſto ita, aſsigna folia *Man.* Vt optaveram, ego, & Ceſtellus ab eadem ſtamus parte, contrarias tuentur partes Valdaura, & Tamaius. *Vald.* Sedeamus, vti ſolemus *, decuſſare. Da mi-
hi illam ſedam reclinatoriā vt quietius per-
dam. *Tam.* Appone ſcabella, aſsideamus

A B
X
B A

iam, ſortire cuius ſint primæ partes. *Vald.* Meæ ſunt diſtribue tu Caſtel. *Caſtel.* Quo-modo? A ſiniſtra in dextram, more Bel-gico? An contra Hiſpano more, à dextra in ſiniſtram? *Vald.* Hoc more, quoniam ludo Hiſpanorum vtimur, & reiecistin? De cades? *Caſt.* Etiam: quod folia dabo ſingulis? *Vald.* Novenæ: Sed quænam erit ſponſio? *Manr.* Terni in ſingulas manus denarij, cum geminatione ſponſionis. *Caſt.* Senſim, mi Manirice, nimium properas; non eſſet is luſus ſed furor, vbi tantum pecuniæ veniret in periculum: Quomodò poſſes tu oblectari in anxietate iſta? Ne tot numi tibi pereant denari ſinguli ſufficient, & auctus ſponſionis erit dimidij, nempè aſsium quinque. *Vald.* Rectè conſulis, ita nec nihil ludemus, quod eſt inſipidium, nec quod doleat, quod eſt acerbum. *Caſt.* Hebetis ſinguli novena folia? Cor-dium eſt familia dominatraxit, & hæc re-gina eſt mea. *Vald.* Neſcio, quàm felix eſt omnem hoc certe eſt veriſsimum do-minari, vulgò, corda fœminarum. *Caſt.* Deſine ſpeculationes: reſponde ad hoc, augeo ſponſionem. *Vald.* Ludum habeo diſsipatum, & male conhærentem, ce-do tibi. *Tam.* Et ego item. Diſtribue tu Manrice. *Vald.* Quis agis? Non venis char-

chartam indicem? *Manr.* Volo prius meas computare, ſic plures, aut pauciores, acceperim. *Vald.* Vnam habes plus iſto. *Manr.* Deponam. *Vald.* Non eſt ea lex luſus, ſed vt vicem tuam amittas diſtribuendi, & tranſeat ad ſequentem. Cedo folia. *Manr.* Non faciam, quandoquidem nondum protuli indicem. *Vald.* Imo facies per Deum. *Caſt.* Apage, quid tibi venit in mentem mi Valdaura? Iusiurandum admiſces rebus leviſsimis, quod vix graviſsimis rebus adhibere convenit. *Manr.* Quid tu dicis iudex? *Lup.* Profectò ignoro quid ſit in eo facto ſtatuendum. *Manr.* Qualem iudicem nobis præfecimus ſine iudicio? Ducem ſine oculis? *Vald.* Quid ergo fiet? *Manr.* Quid tandem? Niſi mittamus Lutetiam, qui hac de re adferat nobis aliquod Senatuſconſultum. *Caſt.* Miſce omnia, & rurſum impartire. *Tam.* O qualem ludum mitto de manibus, non obveniet mihi hodie ſimilis. *Caſt.* Miſce propè iſthæc folia, & præbeto ſingulis attentius. *Vald.* Rurſum augeo ſponſionem. *Tam.* Num non prædixi, non habiturum me hodie in manibus ludum illi parem? Semper ſum infortunatiſsimus, cum ego ludum, vel aſpicio oculis. *Caſt.* Hoc verò non eſt ludere, ſed ſe affligare. Hoc

eſt reſici, & recreari animum, ita concitari? Seu tum oportet eſſe ludum, non moleſtiam. *Manr.* Suſtine paulliſper, ne abijcias folia: nam eſt * panicum. *Vald.* Reſponde igitur an recipias? *Manr.* Recipio, & rurſum augeo. *Vald.* Quid tu ſperas me ferocibus tuis verbis protelare? Non concedo. *Manr.* Effere tandem ſemel, & expeditè, admittiſne? *Vald.* Etiam, & quidem libentiſsimè, & animus inſtigat me tali ludo maiore pretio certare. Sed illhuc inter amicos ſufficit. *Tam.* Quid verò, me non computatis inter vivos? Adeo nulla eſt mei mentio. *Caſtel.* Quid igitur tu adhæc, homo ſcœnee? *Tam.* Ego verò augeo mea ex parte depoſitum. *Manr.* Quid tu dicis Caſtelle? *Caſt.* Nunc me conſulis, poſteà quam tuá opera depoſitum crevit in immenſum: ego incrementum hoc non auderem hoc meo ludo ſuſtinere. *Vald.* Reſponde affirmatè. *Caſtel.* Non habeo, quod ſic reſpondeam, ſed valdè ambiguè, & dubitanter, & cunctabundè, & timidè, & diffidenter eſt ne ſic ſatis expreſsè dictum. *Manr.* Deum immortalem, quanta copia! Non tam denſa nuper cadebat grando. Sed quæſo te periclitemur paulliſper. *Caſtel.* Experiamur quando ita tibi placet, a me verò ne ſperatis magnam

* Panicũ vanus terra.

nam opem. *Manr.* Feres tamen quas potaris ſuppetias. *Caſt.* Nihil nec eſſe id habes admonere. *Manr.* Planè victi ſumus. *Tam.* Vicimus denarios quatuor: mitte. *Vald.* Addo aſſes quinque *Caſt.* Neſcio an cedam; nam ſcio me certo victum iri. *Tam.* Rurſum alteros quinque. *Caſt.* Quid tu ad hanc probationem dicis? *Manr.* Quid dicam? Eugio. *Caſt.* Tu perdidiſti proximum ludum, ſine me hunc arbitratu meo perdere. Sentio me eſſe inferiorem, ſed ſuſtinendum eſt, quandiu aliquid videro ſuper eſſe vitium. *Vald.* Quid ergo dicis? Recuſas? *Caſtel.* Non imò adjico. *Tamai.* Tu Caldaura non noſti hanc Caſtellum? Superiorem habet ludum tuo, ſed ita ſolet callidos provocatores illectare in ſuum rete. Vide ne quo progrodiaris temere, ubi teneatis irretitus. *Vald.* Divum fidem, quomodo, potuiſti divinare folium mihi poſtremum teſtare hujus nationis à *Caſtel.* Novi omnia folia. *Vald.* Non omnino eſt iſthuc incredibile. *Caſt.* Ita planè novi à facie? *Vald.* Forſitan etiam à tergo. *Caſtel.* Nimium ſuſpitioſus es. *Vald.* Tu me fallis. Eat hoc cum tua bona venia. *Tamai.* Diſcipiamus, num, quæ ſint chartę averſæ maculæ;

tæ, vnde poſsit noſcitare. *Vald.* Faciamus quæſo nos ludendi finem: angit me hic ludus tam infeliciter cedendo. *Caſtel.* Vbi voles, ſed fortaſſe non in ludo eſt vitium, ſed in tua imperitia, qui neſcis ludum, ſcienter ad victoriam accomodare? Sed iacis folio abſque arte, vt ſors tulerit, ratus nihil intereſſe, quid poſterius mittas, quis quo loco ſit iacturus. *Tam.* Omnium rerum eſt ſatietas, etiam voluptatum, & ego defeſſus ſum iam ſedendo aſſurgamus aliquantiſper. *Lup.* Cape teſtudinem hanc, & aliquid nobis cantilla. *Tamai.* Quid tandem? *Lup.* De ludo quippiam. *Tam.* Carmen Virgilij. *Lup.* Iſthuc ipſum, aut ſi mavis vivis noſtri, quod ille nuper canebat deambulans in pomœrio Burgenſi. *Vald.* Anſerina voce. *Lup.* Cane tu olorina. *Tam.* Deus meliora, nam olor non canit, niſi fato iam vrgente.

*Ludunt, & pueri ludum iuveneſque ſeneſque*
*Ingenium gravitas cœnſprudentia, ludus.*
*Denique mortalis ſola virtute remota.*
*Quid niſi nugatrix, & vana eſt fabula vita?*

*Vald.* Poſſum vobis confirmare, eſſe carmen bene expreſſum, tanquam ex ſpongia arida. *Lup.* Tanta cum difficultate componit carmen. *Vald.* Magna, ſi è

quod

quòd rarò, ſive quòd non libenter, ſive quòd alio fert cum ingenij pronitas.

## LEGES LVDI.

### Varius dialogus, de Vrbe Valentia.

*Borgia, Scintilla, Cabanilius.*

BOrg. Vnde tu iam nobis Scintilla iucũdiſsimè? *Scint.* Lutetia. *Borg.* Qua tandem Lutetia? *Scint.* Qua tandem quærit, quaſi ſint multæ. *Borg.* Etiam ſi ſit vnica, ea quænam ſit ignoro, aut vbi ſita. *Scint.* Lutetia Pariſionorum. *Borg.* Pariſios nominari audieram, & quidem ſæpè, Lutetiam numquam. Eſt ergo Lutetia, quos nos Pariſios dicimus. Ea igitur cauſa, cur tu tamdiu nullus es viſus Valentiæ, & potiſsimum in ſphæriſterio nobilitatis. *Scint.* Alia ego vidi ſphæriſteria Lutetiæ, alia gymnaſia, alios ludos, longè iſtis veſtris vtiliores, ac præſtantiores. *Borg.* Ecquos quæſo? *Scint.* Triginta gymnaſia plus minus in Academia illa omni eruditionis, ſcientiæ, & ſapientiæ genere referta, doctos præceptores, iuventutem ſtudioſiſsimamq́ue, & optimè moratam. *Borg.* Vulgus ſcilicet hominum. *Scint.* Quid tandem vocas vulgus? *Borg.*

Fœcem plebis filios ſutorum, textorum, tonſorum, fullonum, eiuſmodi artificium, atque operariorum. *Scint.* Vos hic, vt video, eſt veſtra hac ciuitate metimini orbẽ vniverſum, & eoſdem tota Europa exiſtimatis eſſe mores, quos hic: dico iuventutem illic eſſe frequentiſsimam principium, nobilium, & hominum locupletiſsimorum, non ex Gallia modo ſed ex Germania, Italia, Britania, Hiſpani, Belgica, admirabiliter ad dictam ſtudijs litterrarum, parentem inſtitorum præceptis, & iuſſis, quorum mores non ſimplici tantum admonitu fomentur, ſed acri reprehenſione, quum eſt opus, etiam caſtigatione, plagis, verberibus. Quæ omnia, & recipiuntur, & perferuntur animis moderatiſsimis, & vultu modeſtiſsimo. *Cab.* Audivi ſæpènumero eiuſmodi narrati mihi, quum agerem in Gallia legatus Ferdinandi Regis. Sed ommitte, quæſo nunc iſta, aut differt aliud in tempus. Vides nos eſſe in ludo mirabili, qui eſt proximum Carroſſorum. Hoc age, de pila ſit iam ſermo oblectandi noſtri gratia. *Scint.* Amabo ne aſsideamus, ſed deambulantes colloquamur, quæ fuerit collibitum, qua ibimus? Hanc per divi Stephani, an illac ad portam Regalem, &

via

viſemus in regia Ferdinandum Ducem Calabriæ? *Cab.* Ne forte optimi Principis interpellemus ſtudia ſapiente. *Borg.* Præſtabit mulas accerſere, vt vehementes loquamur. *Cab.* Ne amittamus, vſum pedum, & crurum tempus eſt ſudum, ac ſerenum, & aura frigidiuſcula, ſatius erit pedeſtres quàm equeſtres incedere. *Bor.* Eamus hac igitur per divi Ioannis Hoſpitalis, ad vicum Marinum. *Cab.* Spectavimus obiter decoras formas. *Borg.* Apage pedeſtres, erit dedecori. *Scint.* Maiori eſt mea ſententia dedecori, viros pendere de iudicio puellarum rudium, atque ineptarum. *Cab.* Viſne, vt recta eamus per plateam ficus, & divæ Teclæ? *Scint.* Non ſed per vicum tabernæ Gallicani, nam in eo vico cupio videre ædes, in quibus natu eſt Vives meus, ſunt enim, vt accepi, deſcendentibus ad ſiniſtrem poſtremæ in vico: & in viſam eadem opera ſorores eius. *Borg.* Ommitte nunc, quæſo mulie-bres viſitationes. Si mulierem vis alioqui, eamus potius ad Angelam Zabatam, cum qua erant confabulationes litterariæ. *Cab.* Vtinam, ſi id cupitis, adeſſet Marchiona Zeneti. *Scint.* Si vera ſunt, quæ de illa, quum eſſem in Gallia, audivi maius eſt id argumentum, quàm vt de illo tracta-

ri

ri leviter, & ab aliud agentibus, vel poſsit, vel debeat. *Borg.* Aſcendemus ad divi Martini, an deſcendemus per vicum Valleſij, ad plateam Villæ raſæ? *Cab.* Hac inde ad ſphæriſterium Barzij, ſeu mavis Maſcevorum. *Borg.* In Gallia habetiſne ad hunc modum ludos in publico? *Scin.* De alijs Galliæ vrbius non poſſem tibi reſpondere; Luretiæ ſcio nullum eſſe: ſed in privato multa, velut in ſuburbijs D. Iacobi, D. Macelli, D. Germani. *Cab.* Et in ipſa civitate famoſiſsimum, quod vocant Bracchæ. *Borg.* Luditur eadem illic ratione, qua hic? *Scint.* Eadem prorſus, niſi quod magiſter ludi præbet illis calceos, & pileos luſorios. *Borg.* Cuiuſmodi ſunt? *Scint.* Calcei ſunt Coctilitij. *Borg.* Non eſſent hæc vtiles. *Cab.* Videlicet in via lapidoſa. In Francia vero, & Belgica luditur ſuper pavimentum lateribus conſtratum, planum, & æquabile. *Scint.* Pilei ſunt æſtate leviores, in hyeme autem craſsi profundi: cum offendice ſub mento, ne in agitatione, vel elevantur ex capite, vel decidant in oculos. *Borg.* Offendimento hic non vtimur, niſi quum eſt ventus vehementior. Sed quales habent pilas? *Scint.* Nullus verò folles, vt hic: ſphærulas minores veſtitibus,

bus; & multò duriores ex corio albo. Tomentum eſt: non vt in veſtris lanugo, è pannis tonſa, ſed pili ferè canini cam-que ob cauſam rarò luditur palma. *Burg.* Quo modo ergo percutiunt pilam? Lig-no, aut folle? *Scint.* Ne ſic quidem, ſed re-ticulo. *Borg.* Confecto ex filio? *Scint.* Ex finibus craſſiusculis, quales feræ ſunt ſex-tæ in teſtudine. Habent fumen tenſum, & reliqua, vt hic in ludis domeſticis. Sub finem miſiſſe globulum, vitium eſt, ſeu peccatum. Signa ſunt bina, ſeu ma-nis metas: numeri quaterni, quinde-cim, triginta, quadraginta quinque, ſeu antegreſsio, æqualitas numerorum: victoria, quæ eſt duplex, vt, cum dici-tur vicimus ſignum, & vicimus ludum. Pila autem, vel ex volatu remittitur; vel ex primum reſultu, ex ſecundò enim ictus eſt invalidus. Et ibi fit ſignum, vbi pila eſt percuſſa. *Borg.* Non ſunt aliæ luſ-ſiones, quàm ſphæræ? *Scint.* In civitate, quot hic, aut plures: ſed inter ſcho-laſticos, nulla alia permiſſum magiſtro-rum exercetur. Sed interdum clam lu-ditur folijs, & aciebus: puerili talis, ne-quiores taxillis. Nos inſtitutorem ha-bebamus Anneum, qui obſcœno die lu-ſum foliorum concedebat: ſed de illo, &

& in vniverſum de luſione omni tulerat ſex leges, quas deſcriptas in tabellis appenderat in cubiculo. *Borg.* Ne graveris, rogo te, & eas nobis referre, quemadmodum alia feciſti. *Scint.* Pergamus deambulare, nam incredibile teneor, deſiderio patriæ aſpiciendæ tamdiu à me non viſæ. *Borg.* Conſcendamus mulos, vt ambulemus commodius, tum etiam honeſtius. *Scint.* Honeſtatem hanc non emerim crepitu digitorum. *Borg.* Ac ne ego quidem (vt verum fatear) manum ob eam moverim, ſed neſcio, quo pacto magis id videtur decedere noſtras perſonas. *Cab.* Iſthuc quidem rectè. Sed ſumus tres, & in anguſtijs vijs, aut hominum, frequentia disiungeremur; vndè neceſſe eſſet, vel interrumpi ſermonem, vel multa ſemper à noſtrum aliquo non exaudite neque intelligi. *Borg.* Eſto ſanè ita, pergamus pedeſtres. ingredere per angui portum hunc ad plateam Regnarogium. *Scint.* Optimè inde per fabros claviles ad vicum dulciarium, tum ad forum fructuarium. *Borg.* Quin potius olitorium. *Scint.* Vtrumque eſt qui libentius oleribus veſcuntur vocent olitorium, qui fructibus, fructuarium. Quæ amplitudo fori! Quæ deſcriptio venden-

tium,

tium, & rerum venum expoſitarum! qui odor! ex fructibus! quanta varietas, mundities, miror! Non poſſunt horti excogitati huic foro pares. Quæ autem ædilis noſtri, & eius miniſtrorum ſolertia, & diligentia, ne quis emptor fraudere à venditore capiatur? Eſtne ille, qui mula vehitur, Honoratus Ioannis? *Cab.* Non, vt arbitror: nam vnus ex meis pueris, qui eum modo convenit, reliquit illum abdentem ſe in bibliothecam ſuam. Qui ſi ſciret nos vna eſſe, non deeſſet haud dubie noſtro ſermoni, & noſtris ludis ſeria ſua poſt haberet. *Borg.* Profert tandem leges. *Scint.* Extricemus nos ab hac turba per plateam Divæ Virginis Redemptoriæ, ad vicum Fumalis, & Divi Auguſtini, vbi minor eſt frequentia. *Cab.* Ne diſcedamus tam procul ab vrbis corpore. Aſcendamus potiùs per vicum Crumeniarum ad clinum, inde vicum Militarem, & ædes familiæ veſtrę Scintilla, cuius parietes lugere adhuc videtur mihi herœm illum Comitem Olivanum. *Borg.* Immò luctu depoſito, talem iuvenem in tanti ſenis locum ſeceſſiſſe ſeriò triumphant. *Scint.* O quam iuvat intueri curiam, & quadruplex forum præfecti Vrbis, quod iam feræ familiæ veſtræ Cabanillæ hæreditatem

vi-

videtur, civile, criminale, & trecentum ſolidorum! quæ ædificia: Quæ facies Vrbis! *Borg.* Nuſquam potes rectius leges ferre, quàm in foro, & curia: ede tandem. Nam de laudibus, ſeu de admiratione potius noſtræ Civitatis, aliàs erit dicendi locus aptior. *Scint.* Prima lex. * Quando ludendum. Homo propter res ſerias eſt conditus, non propter nugas, & luſus. Luſus autem reperti ad reficiendum animum laſſum à ſeriis. Tunc igitur ludendum, quum animus, aut corpus erit defatigatum, nec aliter ſumendum; quam ſomnus, cibus, potus; & alia, quę vires renovant, ac reficiunt. Alioqui in vitio eſt, quemadmodum, alia quæ non ſuô fiunt tempore. Secunda lex: Cum quibus ludendum. Quemadmodum facturus iter, aut iturus ad convivium, diligenter diſpicis, qui ſint futuri ſodales, aut comites: ſic in ludo animadvertendum, cum quibus ludes, vt ſint homines tibi noti. Nam in ignotis magnum eſt periculum, & verum proverbium Plauti (Lupus eſt homini homo, qui, qualis ſit, non novit.) Sint etiam belli, feſtivi, omnes cum quibus periculum non ſit, ne rixeris, aut dipugnes, aut aliquid, vel facias. Vel diſpugnes, aut aliquid, vel facias. Vel dicas turpiter atque indecore: ne ſint blaſphe-

*Leges ludi.*

phemi in Deum, aut deieratores, non in dictis ſpurci, ne quid ex contagione affricetur tuis moribus pravum, aut flagitioſum. Denique ſint ij, qui non aliam ad ludum mentem, adferant quàm tu, nempe, vt à labore conquieſcat, & levetur animus. Tertia ex: Quo ludo. Primum noto: nam in ignoratione, non poteſt ſubeſſe delectatio, nec ludentis, nec colluſorum, nec ſpectatorum. Deinde quod ſimul animum reficiat, & corpus exerceat, ſi quidem tempus, ac valetudo patiatur. Sin ſecùs, ludus ſit, in quo non omnia poſsit mera ſors. Inſit etiam peritia, quæ poſsit caſum corrigere. Quarta lex: Qua ſponſione. Nec nulla ſponſione, quod eſt fatuum, & celerrime ex ſatiat: nec ita magna, quæ in ipſa luſione inquieret animum, & ſi vincaris, mordea ac diſcruciet. Non eſt is luſus, ſed carnificinia. Quinta lex: Quemadmodum, vt antequam ad ludendum aſsideam, reputes te ad refocillandum animum venire, in cuius aleam conijcias pauculos nummos, hoc eſt, emas illis refectionem defatigationis. Cogita eſt ſortem, hoc eſt, variam incertam, inſtabilem, communem. Nullam idcirco tibi fieri iniuriam, ſi perdas: vt id feras æquo animo: ne contrahas vultum, & ſuffundas cum triſtitia:

ne

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ne prorumpas in convitia, & maledicta; aut adverſus colluſorem, aut quempiam ex ſpectatoribus. Si lucrifacias, ne ſis in colluſorem inſolenter dicax. Prorſum toto ludo ſis comis, hilaris, facetus iocoſus, citra ſcurrilitatem, & petulantiam: ne des ſignificationem vllam fraudis, ſordium, aut avaritiæ. In contentione ne ſis pertinax, minimè omnium iurator, memorem illam totam? Etiam ſi meliorem cauſam habeas: non eſſe tanti, vt nomen Domini adferas in teſtimonium Spectatores memineris eſſe volunt iudices ludi. Si quid illi pronunciarit, cedito? nullam edens notam improbationis. Hoc modo, & luſus fit delectatio, & probi adoleſcentis grata eſt educatio ingenua. Sexta lex. Quandiu ludendum. Quo ad ſentias animum renovatum iam, & reparatũ ad loborem, & vocat hora ad negotium ſerium. Quid ſecus faxit, improbè facturum videri * velitis. Quirites iubeatis. *Bor*. Sicuti rogavit.

** Velitis, Quirites ſolemnia inferẽdis legibus verba Roma.*

## CORPVS HOMINIS EXTERIVS.

*Durerius* pictor, *Grynæus Vellus.*

DVrer. Faceſsite hinc, nam vos nihil emitis, ſat ſcio, & eſtis mihi impedimento, quominus accedant emptores propius;

prius. *Grim.* Imò vero nos volumus emere, modo, vel pretium relinquas noſtro arbitratui, & repus. Ipſe præſcribas? aut contrà nos tempus, tu precium. *Dur.* Bella negotio, mihi nihil eſt opus tricis eiuſmodi. *Grim.* Cuius eſt hæc imago, & quanti indicas? *Dur.* Imago eſt Scipiones Africani, & iudico ſeſtertijs numis quadrigentis, aut non multo minoris. *Gri.* Quæſo te priuſquam verbo vno eam addicas nobis, examinemus artem picturæ; & hic Velins eſt ſeſquiphyſicus, peritiſsimus humani corporis. *Dur.* Iam dudum intelligo me à vobis intricari, ſed interea in dum mercatores nulli adſunt, nugamini quantum libuerit. *Grim.* Nugas tu vocas periciam artes tuæ? Quid faceres aliena? *Vel.* Primùm omnium verticem contexiſti capilis multis & planis, quum vertex dicatur quaſi vortex à vertendis capillis: vt influvijs videmus, qum aqua ſe convolvit. *Durer.* Inepte, non conſideras eum eſſe male pexum more illorum temporum? *Vel.* Breclama habet in æqualiter de flaxum. *Durer.* Acceperat vulnus milles ad Trebiam, quum ſervavit patrem. *Grim.* Vbi tu id legiſti? *Durer.* In decadibus Titi Livij amiſsis. *Vel.* Tempora ſunt nimis tumentia. *Dur.* Cava eſſent

 ſent

ſent ſignum dementiæ. *Vel.* Occipitum vellum videre. *Durer.* Verte tabulam. *Gryn.* Cur dixit Cato inter cætera oracula, Frons occipito prior eſt? *Durer.* Quàm eſtis fatui, an non in quovis homine priùs cernis frontem, quàm occiput; *Grim.* Quoſdam prius video adverſos, quam adverſos *Durer.* Et ego libentur, vt tales emptores, & milites. *Vel.* Cato ſenſit preſentiam domini potiorem eſſe ad curationem rerum, quam abſentiam. Cæterum cur anxias adeo longas? *Durer.* Loqueris de his captores? *Vel.* Etiam. *Durer* Non habuerat mentis menſibus tonſorem ad manum, velut in Hiſpania. *Vel.* Glabellam hāc cur contra ipſius verbis etymon feciſti hirtam? *Durer.* Tu ipſe vulſellis pilos detrahito. *Vel.* Et vibriſſas extantes extranares: ſed tu, quæ tua eſt verſutia, culpam abs te reijcies intonſorem. *Durer.* Inſcie, non animadvertis eos fuiſſe à fatis illius mores, ſeveros, triſtes, ruſticianos? *Vel.* Emperite, non legiſti Scipionem hunc ex omnibus ſui temporis hominibus excultiſsimum, & potiſsimum fuiſſe, & amantem elegantiarum? *Durer.* Expreſſus eſt, quum exulares Linterni. *Gryn.* Superciliũm hoc eſt grande, & conſtenies: Latrio: cilium

ha-

habet nimis cavum, & gennas depreſſas. *Durer.* Ex vigilijs caſtrenſibus. *Grim.* Tu non ſolum es pictor, ſed rhetor, valde verſatus in translatione criminum. *Dur.* Et vos quantum intelligo, in criminationibus. *Vel.* Malas habet nimium tu mentes & buccas iſtas. *Dur.* Inſtar claſsicum. *Gri.* Et tu inflabas calicem, quum hæc pingeres. *Vel.* Imo verò vtrem ſed aibi feciſti piloſum, palpebras fere nullas appinxiſti. *Dur.* Ex morbo illi deciderunt. *Grim.* Quo morbo? *Durer.* Quære ab illius medico. *Grim.* Iamne intelligis, ob tuam tantam imperitiam detrahi debere de ſumma centum ſeſtertios? *Dur.* Imò ob veſtras cavillationes, & interrogationes adeo moleſtas, addi ducentos oportere. *Vel.* Pupulas habet hic glaucas: at qui ego audivi cæruleas habuiſſet. *Durer.* Et ego cæſias, vt Minervam bellatricem. *Vel.* Hircos feciſti nimium carnoſos, & ſinus tumentes. *Durer.* Flebat accuſatus à Catone. *Vel.* Mancibulæ ſunt nimis longæ, & barba acuteſsima, ac profuſiſsima: tum pilos dicas ſetas porcinas. *Durer.* Vos ſine modo vllo eſtis loquaces, & argutuli cavillatores. Abite hinc: nam tabulæ non fiet vobis amplius copia. *Vel.*

 Ama-

Amabo mi Dureri dum alios non habes licitatores, ſine nos hic cabilari. *Durer.* Qua mercede. *Vel.* Adſcribemus ambo hic tibi ſingula diſticha, quo tabula fiat venuibilior. *Durer.* Nihil opus eſt meæ arti veſtra commendatione: nam periti emptores, & picturæ intelligentes, non emunt verſus; ſed artificium. *Vel.* Sed nares habet nimium patulas. *Durer.* Erat iratus accuſatoribus. *Velius.* Non videmus valleculam. *Durer.* Latet ſub barba: acnementum quidem cernitis, neque, * autherconem. *Grim.* Horum omnium feciſti tu compendium, beneficio grandis barbæ. *Vel.* Collum placet mihi rectum, & muſculoſum, item iuguli. *Durer.* Gratulandum eſt ſuperis, quod tibi aliquid probatur. *Vel.* At ne nihil in hoc quoque deſiderem, iugulos non habet ſatis cavos: quod in Socrate Phyſiognomon annotatum, tardi eſſe ingenii ſignum pronuntiavit. Armos iſtos voluiſſe paulo erectiores, & ampliores. *Durer.* Non tam erat miles bellator, quam imperator. Non audiviſti apophthegma huius de quo quum milites quidam dicerent, non adeo eum eſſe valentem militem, ac imperatorem ſapientem: is reſpondit, (Imperatorem me genuit mater mea

** Autherco bucculа ſub mento.*

mea

mea non militem. ) Sed diſcedite, ſi non eſtis empturi, nam video accedentes quoſdam negotiatores publicanos. *Vel.* Eamus deambulatum, & internos de humano colloquemur corpore, ſine Scipione ac tabula, Simus naſus non decet generoſam faciem. *Grim.* Quid boſimus quales fuerunt Hunni? *Vel.* Apage monſtra. *Grim.* Silones non ſunt minus deformes, Perſæ Aquilos venerabantur, propter Cyrum, quem ferunt ea fuiſſe formi, *Vel.* Ancon, & campe ſunt in brachio, quod in crure poples, & genu, lacertus inde vſque ad manum, à cuius ius maſculis etiam crura dicuntur lacertoſa. *Grim.* Nonne is eſt cubitus, vt apud menſores? *Vel.* Eſt is quidem cubitus, & an non ipſe cubitus. *Grim.* Vnde ergo Rex Romanus Ancus? *Vel.* Ab incurbo cubito. *Grim.* Minus ſequitur, maximum omnium inſtrumentorum, ſecta in digitos, pollicem, Indicem, medium, ſive infamem, minimo proximo, minimum. *Vel.* Cur medius infamis? Quid deſignavit flagitij? *Grim.* Inſtitutor noſter dixit ſe quidem ſcire cauſam, nolle tamen edifferere, quod eſſet turpis. Ne quæſieris igitur, non enim decet bonæ indolis adoleſcentes turpia ſcrutaria. *Vel.* Atqui minimo proximum, Græci appellant, quaſi annula



nula

nullarem. *Grim.* Ita planè, ſed in ſiniſtra, non in dextra, quod in eo ſoliti eſſent olim annulos geſtare. *Vel.* Qua de cauſa? *Grim.* Aiunt à corde protendi illuc venam, quæ quum annullo redimitur, velut cor ipſum coronatur. Nodi digitorum ſunt conduli, & propugni percuſſu vox ea vſurpatur inter nodos ſunt internodia, & generali verbo artus. atque articuli. Tiberium Cæſarem memoriæ produnt tam firmis fuiſſe digitorum articulis, vt digito recens malum terebraret. *Vel.* Didiciſti chiromantiam? *Grim.* Nomen quidem ipſum audieram, quid ita? *Vel.* Divinaſſes hic nobis aliquid ex inciſuris. *Grim.* Negavi me ſcire, & res ſic habet, ſed ſi nunc me noſſe aliquid profiteree, & attentiùs manum tuam contemplarer, libenter me auſcultares, & homini eiuſce imposturæ imperitiſſimo fidem non omnino abrogares. *Vel.* Qui ſic? *Grim.* Quia id eſt hominum ingenium, vt libenter eos audiant, qui ſe reconditi, vel eventuram profitentur enuntiaturos. *Vel.* Vnde ſunt Scevolæ? *Grim.* Quaſi ſcævæ, à ſcæva, quæ eſt ſiniſtra. Aiunt in ſexu fœmineo eſſe ſcævas plures quàm in noſtro. *Vel.* Quid eſt vola? *Grym.* Cavum manus, vbi inciſuræ. *Vel.* Qui involare? *Grim.* Id quod

tu agis libenter, furari, ſurripere, quaſi vola abſcondere. Et quod rabioſa Lucretia, involare in oculos pediſſequarum. Reliquum corpus dempto capite eſt truncus, & ex trunco thorax, convacum pectoris vſque ad ventriculum, & coſtas, & concavum quidem interius: nam exterius inter brachia, & pectus, ſinus eſt. Sub ventriculo eſt venter, & in ventre. Im . pectem, & pudenda. *Vel.* An non pudendus magis podex ſive annus? *Grim.* Vtrumque pudendum, poſterius ob turpidinem, anterius ob flagicium, & dedecus. Femur, & vt olim loquebantur, fanem, nunc malum plurative fœmina. A genu eſt crus, cuius os tibia dicitur? Carnoſum verò illud poſterius, ſura. Proſtremo pes, manui non ab ſimilis: nam, & digitos habet, & volam, quæ & veſtigium dicitur, & ſolum pedis. *Vel.* Quid? Num non veſtigium, quod à pede imprimitur? *Grim.* Et illum ipſum, & ſolum pedis. *Vel.* Noſtin? Quæ ſint in corpore virtutem ſedes? *Grim.* Quæ tandem. *Vel.* In fronte pudor, in dextra fides, in genu miſericordia. *Grim.* Planta pedis non eſt ipſum ſolum pedis. *Vel.* At ſic putant multi. *Grim.* Atqui Plinius, ſcribibit eſſe gentem, quæ ſibi vmbram faciat in meridie planta pedis, quam habeat

vaſtam admodum atque enormem: Qui fieri id poteſt? *Vel* Profecto plantata eſt à cruris vertebia ad digitos.

## EDVCATIO.

**Flexibus, Grimpherantes, Gorgopas.*

** Varro Flexibundus.*

FLexib. Quanam gratia miſit te huc ad me pater tuus? *Grim.* Dixit te eſſe hominem egregè inſtitutum, ſapienter educatum, eaquè de cauſa gratum huic ciuitati: cupere te, vt ego eiſdem, quibus tu veſtigijs inſiſtens, perueniam ad ſimilem fauorem populi. *Flex.* Quomodo igitur te id aſſecututum cenſes? *Gorg.* Ingenua educatione quali te omnes prædicant eſſe prædicant eſſe præditum. Adiecit pater, eam educationem magis decere me, quàm alium quemvis. *Flex.* Cedo mi filij quomodo ea in re venis à patre inbutus? *Gorg.* Non tam me pater præceptis inſtruxit, quā patrius quidam meus vti ſenex, verſatus multum, & diu in Regū comitatibus. *Flex.* Quid ergo illi te docuerunt mi fili, & amicu? *Gorg.* Vide vir prudentiſsime ne fortaſſe per ignorantiam laboris in dictum aliquod, aut factum ſuitum, vel ruſticanum, vndè amittas iſtud nomen optimè educati.

*Flex.*

*Flex.* Quid? Tam leviter: ne apud vos periæ tè. *Gorg.* Vel vnica vocula, vnico flexu poplitis, vnica inclinatione capitis. *Flex.* Nimis ex inter vos delicatum, & infirmum, inter vos enim multo eſt robuſtius, & firmius. *Gorg.* Sic ſunt noſtra iudicia, vt noſtra corpora, quæ nulla ferunt offenſionem. *Flex.* Imo, vt eſt videre, facilius ferunt corpora, quam animi. *Gorg.* Fortaſe te non noſti hunc, ideo filium, & amicum nominas. *Flex.* An non ſunt hæc honeſta nomina, plena benevolentia? *Gorg.* Benevolentia credo, quam nos haud magni ſanè facimus, ſed non reverentiæ, neque officij, quæ nos anxiæ venamur; nam hic dominus ſolet appellitari, non amicus. An non animadvertis domini præfatione ante prænomen, & famulos verſicolores? Non annotaſti in avi huius ſolemnibus parentalibus tot cercos, tot inſignia, tot homines atratos? *Flex.* Quid ergo? Affectas tu omnibus eſſe dominis, nulli amicus? *Grim.* Ita docuerunt me propinqui mei. *Flex.* Edat iam, mi domine tua excellentia præclara illa tuorum conſaguineorum documenta. *Gorg.* Videtis tu mihi puerum hunc naſo ſuſpendera; at non eſt quilibet, ne feceris. *Grim.* Primum eſſe me ex honeſtiſsima progenie:

quæ

quæ nulli cedat per vniuerſam hanc prouintiam : idircò curandum mihi diligenter, atque annitendum, ne degenerem à maiorum meorum virtute : illos paraſſe ſibi magnum decus nemini concedendo de loco, de dignitate, de authoritate, de appellatione : me idem debere facere. Si quis quid velit de honore detrahere, pugnandum ſtatim cum eo : de pecunia oportere eſſe largum, atque adeò profuſum, in honore adſtrictum, & attentum. Decere nihilominus, me ac mei ſimilis aſſurgere alijs, via cedere, ducere, reducere, nudare caput, popſitem incurvare : non quod alius quiſpiam id mereatur à me ſibi exhibere, ſed quod ſic conciliabo mihi favorem hominum, captabo auram popularem, & parabo illum, quem tantopere geſtamus ſemper in ore, & incorde, honorem. In ea educatione ſitum eſſe diſcrimen nobilis, & ignobilis, quod nobilis ad illa omnia dextre præſtanda inſtitutus eſt, atque aſſuetactus, ignobilis agreſti more nihil illorum doctus eſt facere. *Flex.* Ex excolentiæ tuæ domini qualis videtur eiuſmodi inſtituto. *Grim.* Qualis verò, niſi multò optima, & digna meo genere: *Flex.* Quid ergo eſt aliud, quod à me requiras ? *Grim.* Nihil plane reſtaret

mea ſententia, niſi acceſſiſſet voluntas patris qui iuſsit, prorſum, ſeu verius imperavit rigidè, vt ad te venirem, vt ſi quid in hac educatione noſſes magis reconditum, & quaſi myſterium ſacratius, quo magis mihi decus acquirerem, in gratiam ſui ne gravaretis exponere, quo familia noſtra alioqui honeſtiſsima, & celſiſsima altius aſcenderet. Quoniam ſunt non pauci novi homines, qui freti ſua opulentia, nactique dignitatem, & honores per divitias emerſerunt adeò, vt etiam audeam cum vetuſtate, & decoribus gentis noſtræ contendere. *Flex.* Facinus nefandum *Grim.* Nonne? *Flex.* Vel cæco eſſe clarum. *Grim.* Itaque novi illi homines ambulant comitati longo aſſeclarum ordine, ipſe tegumentati in veſtibus, vel bombycini, villoſi inter ciſi, vel texti Attalici, nos nihil eſſe præ illis videamur, qui * villato veſtimur, diſsimulandæ paupertatis gratia. Præmium autem huius tui laboris ſi operam hanc navaris patri erit, recipe te in numerum noſtræ familiæ, & admitti ad illius gratiam, & meam, vt procedente tempore aliquod à nobis accipiat, beneficium ſitque ſemper in noſtra cintela, & quaſi tutela. *Flex* Quid poteſt dici ampli, aut obtabilius? Sed cedo iam ſi aperias

** Villatum quod vulgo frida vocāt.*

ca-

caput accedas via, & locó appelles blandè; quam ob cauſam eris gratus ijs, quibus cum beſabère. *Grim*. Ob eam ipſam cauſam, quia hæc ago. *Flex*. Iſthæc omnia exteriora ſunt ſolum ſigna, quæ denotant aliquid eſſe in animo tuo, propter quod diligare. Nam ipſa per ſe nemo diligit. *Grim*. Quid ni diligant omnes, quæ ſunt honeſtæ conuerſationis, in mea præſertim nobilitate? *Flex*. Parum admodum es progreſſus, quod liceat inter nos dicere, & tu te perueniſſe iam arbitratus ad ſummum. *Grim*. Nihil neceſſe habeo parare mihi litteras, atque eruditionem. Maiores mei reliquerunt mihi vndè viuam, quod etiam ſi deſit, non iſtis eſt mihi artibus quærendum, tam ignobilibus: ſed haſta, cuſpide, & enſe diſtricto. *Flex*. Animosè iſthuc quidem, & ferociter. Quaſi verò, quia es nobilis, non ſis futurus homo. *Grim*. Bona verba. *Flex*. Ecqua tandem parte tui es homo? *Grim*. Me toto. *Flex*. An corpore, quó non differs à belluis? *Grim*. Minimè. *Flex*. Non ergo te toto: ratione igitur, & mente. *Grim*. Quid ni? *Flex*. Si hanc ergo ſinis incultam, & ſylueſtrem; excolis autem corpus, & illi vni ſtudes, an non tranſis ab humana in ferinam conditionem? Sed ad id, de quo cœperamus loqui:

qui: nam hæc digreſsio, ſi vellem mihi in-dulgere, longiſsimè nos à propoſito abdu-cere. Verum quum tu cedis de via, & nudas caput, qualem te eſſe alij exiſtiment? *Grim.* Nobilem, & generosè informatum, atque inſtitutum. *Flex.* Nimium durus es, nihil ne domi audiviſti de animo, de probitate, de modeſtia, de moderamine? *Grim.* In templo nonnumquam audivi de concionatoribus. *Flex.* Quem illa abs te videant occurrentes fieri, iudicant te eſſe adoleſcentem mode-ſtum, probum, benè de ipſis iudican-tem, de te autem moderatè, quà ex opi-nione naſcitur benevolentia, & favor. *Grim.* Explicatius id quæſo. *Flex.* Huc per-tinet mea ratio ſi te homines exiſtima-rent adeò ſuperbum, vt ſi omnes con-temneres prætenudare tamen caput, & genuflectere, non quod ipſis is honor de-beatur, ſed quod te deceat: putas tu vl-lum fore, qui tibi habere gratiam, aut te de honores illa falſa ſimulatione dili-geret? *Grim.* Quid ni? *Flex.* Quia id tu tibi præſtas, & tuam gratiam facis, non illorum. Quis enim iudicavit ſe devi-ctum tibi de eo, quod pro te ipſo fe-ceris, non pro ſe? An ego honorem eum velum mihi impenſum accipiam, quem tu tribuis opinioni de te, non meis meri-

tis?

tis? *Grim.* Ita videtur. *Flex.* Ergo paratur benevolentia, ſi illi credant ubi honorem illum dari, non vt tu haberiaris comior, ac nobilior. Illud vero non fiet, niſi eam de te induant opinionem, quod tu illuc eſſe potiores ducas te, & dignos quibus tu conceſſas. *Grimph.* At non eſt ita tamen. *Flex.* Quantumcumque hoc ſit falſum; in eo tamen neceſſe eſt eos falli. Aliqui numquam conſequeris, quod tantopere expetis. *Grim.* Quæ igitur erit perſuadendi via? *Flex.* Facilis modo animum ſedulo advertas. *Grim.* Profert quæſo: nam ea de cauſa huc ſum miſſus, & eris ſemper in noſtra clientela. *Flex.* Nimis crudum eſt hoc pomum. *Grim.* Quid tu muſſas? *Flex.* Dico viam eſſe vnicam, ſi ſis talis, qualem te credi cupis. *Grim.* Qui iſthuc? *Flex.* Si vis aliquid calefacere, an fictum ignem? *Grim.* Non, ſed verum. *Flex.* Si ſcindere, an pictum in tela gladium? *Grim.* Non ſed ferreum. *Flex.* Non eſt igitur eadem vis rerum verarum, quæ fictarum? *Grimph.* Apparet non eſſe. *Flex.* Nec tu idem efficios ſimulata moderatione, quod vera: nam falſa ipſa ſe aliquando produnt, vera ſemper ſunt eadem. In ficta moderatione aliquid aliquando dices, aut facies publicè, aut privatum; quum tibi excidet

det (nec enim ſemper te, & vbique poteris obſervare) vnde fictus deprehendaris: & quantum prius ignotus deligebare, tantum poſteà cognitus ſis odio, & longe plus. *Grim.* Quomodò ego mihi ipſe indicam germanam illam animi moderationem, quamtu præcipis? *Flox.* Si perſuaſeris tibi id, quod res habet, alios eſſe meliores te. *Gorg.* Meliores vero? Vbi tandem? In cœlo credo; nam in terra pares ſunt pauciſsimi melior nemo. *Grim.* Sic audivi ſæpè de patre, & patruo. *Flex.* Multùm abducit vos à cognitione veri nominum ignorantia. Quid tu vocas bonum? Vt ſciamus, num ſit aliquis te melior. *Grim.* Quid ego ſcio, quod ſit bonum? Ex bonis eſſe progenitum. *Flex.* Ignoras etiam numquid ſit bonum, & iam tenes, quid ſit melius, quomodo perveniſti ad comparativa, quum nondum poſitiva didiceris? Ipſos autem tuos progenitores quomodo ſcis fuiſſe bonos? Qua tu id nota cognoſcit? *Grim.* Quid? negas tu fuiſſe illos bonos? *Flex.* Non novi illos, quomodo de illorum bonitate poſſum aliquid in alterutram partem ſtatuere? Quæro modo, qua ratione aſſequaris tu fuiſſe illos bonos? *Grimpher.* Quia ita omnes prædicantur: ſed quorſum,
rogo

rogo te pertinent tam moleſtæ interroga-tiones? *Flex.* Non ſunt moleſtæ, ſed neceſ-ſariæ, vt accipias, quod ex me ſciſtaris. *Grim.* Confer, quæſo, te in pauca. *Flex.* Multis eſſet in explicandum, cuius tam craſſa ignorantia involueris, ſed quando ita eſt faſtidioſus, dicam brevius, quàm res tanta dici poſtulat. Defige iam oculos tuos in me, dùm diſſero. Qui ſunt dicendi eru-diti an non ij, qui habent eruditionem? Qui opulenti? An non qui habent opes? *Grim.* Indubiè. *Flex.* Qui ergo boni? Num non ij demum, qui habent bona? *Grim.* Ita plenè. *Flex.* Miſſas nunc divitias faciamus, quæ ſi eſſent, multi patræ tuo invenirentur meliores, & negotiatores, ac fœneratores præſtarent bonitate viros bonos, & ſapien-tes. *Grim.* Sic videtur, vt dicis. *Flex.* Ex-pende ergo attentè, ac diligenter ſingula eorum, quæ referam: an non eſt bonum acutum ingeniu ſagax, maturum iu-dicium, integrum, ſanum, tuum eru-ditio varia, & magnarum rerum, atque vtilium prudentia, exercitatio in rebus præſtantibus, conſilium, dexteritas in exequendis negotijs? Quid tu de iſtis? *Grim.* Vel ſola nomina, videntur mihi pulchra profectò, & magnifica, quonto

magis res ipſa? *Flex.* Age porrò quid ſapientia, quid religio, pietas in Deum, in patriam, parentes, neceſſarios, iuſtitia, temperantiam, liberalitas, magnanimitas, contemptus caſuum humanorum, & fortis animo, in adverſis. Quid vero iſta? *Grim.* Præſtantiſsima etiam hæc. *Flex.* Hæc ſola ſunt hominis bona. Nam reliqua omnia, quæ commemorari poſsint, bonis, & malis ſunt communia, atque ea de cauſa, nec bona. Quæſo manda ſedulo memoriæ. *Grim* Faciam. *Flex.* Per velim nam ingenium tuum non malum eſt, ſed non benè excultum. Reputa igitur cum animo tuo, an tu hæc habeas, & ſi habes, quam pauca, & ea quam tenuiter. Quod vbi examineris acute, ac ſubtiliter, intelliges tum demum te non magnis, nec multis eſſe bonis ornatum, ac inſtructum, nec eſſe in populo, qui pauciora, habeat, quàm tu. Nam in multitudine, alij ſunt ſenes: qui viderunt atque audierunt multa, habent experimenta rerum plurimarum: alij ſtudioſæ, qui ingenium diſcendo exacuunt, & expoliunt, alij capeſſunt Rempublicam, alij libenter, & diligenter verſant ſcriptores profuturos, alij ſunt ſeduli patres familias, alij alias artes profitentur, & præſtant, vel ipſi agricolæ,

quam multa ex arcanis naturæ tenent? Nautæ verò, curſum dictum, & noctium, naturam, ventorum, poſitus terrarum, & inilis; alij ex multitudine ſunt viri ſacri, & religion, qui numen pie venerantur ac colunt; alij res proſperas moderatè, texerunt, & fortiter pertulerut averſas; quid horum tu noſtri? Quid exerces? Quid præſtas? Nihil omnino præterquam illius. (Nemo eſt melior me, bono ſum natus genere) qui potes eſſe melior, qui nondum es bonus? Nec pater tuus, nec avi tui, aut proſui fuerunt boni, niſi hæc habuerunt, quæ recenſui: quæ habuerint tu videris: ego multum dubito. Sed ſi habuerunt: tu certè non eris bonus, niſi illorum fias ſimilis. *Grim.* Planè terruiſti, & apud effeciſti me, non invenio, quod poſsim, vel hiſcere in contrarium. *Gorg* Nihil horum intellegi, tenebras mihi offudiſti ante oculos. *Flex.* Nimirum venis ad hæc nimis durus, longè diverſis opinionibus infectus, & mancipatus. Sed tu adoleſcens, quo te nunc tandem nomine cenſes appellandum, Dominum, an mancipium? *Grim.* Mancipium: nam ſi ita eſt, vt diſſeruiſti, & intellexo nihil eſſe verius, compleres ſunt ſervi multò patiore, ac præſtantiores me. *Flex.* Hæc tu leviter degustes, confer te de-

domum, & ſolus tecum revolve, executeq; perpende: quo magis verſaberis, hæc vberiora, & certiora eſſe intelliges. *Gri.* Obſecro te, adijce alia, ſi quæ habes: nam momento horæ ſentio me adeo immutatum, vt prorſum videat mihi iam eſſe illius. *Flex.* Vtinam contigerit tibi, quod Polæmoni Philoſopho. *Grim.* Quid illi contigit? *Flex.* Vna Xenocratis oratione ex nequiſsimo, & perditiſsimo, factus eſt ſapientiæ, ac virtutum omnium ſtudioſiſſimus, evaſitque magni hominis Philoſophus, & Xenocratis in Academia ſucceſſor. Sed tu, mi filij, ſibi aperte congoveris, quantum tibi ad bonitatem deſit, quod alijs multis ſupereſt vere, & ex animo cedes alijs, & in eis honorabis bonitatem, quia vides illos ornatos, te autem carere iam, & ex reputatione tui ipſius, vileſces tibi, ac ſordebis adeo, vt nemini occuras tam obiecto, contemptoque, quem non tibi ante ponas conſcientia tuæ mentis. Non enim adduci poteris, vt credas quemquam eſſe peiorem te, niſi quod illius malitia, & nequitia protulit ſe foras, tua delitescit cautiva? *Grim.* Quid tum ſequetur? *Flex.* Hæc ſi feceris, veram ipſam, ſolidamque ingenuam educationem, atque vrbanitatem, ſeu vt nunc loquimur, auli-

citatem, aſſequere, eris gratus, & charus omnibus. Sed id non iam magni facies: eris autem quod vnice, cum tibi erit curæ, gratus Deo immortali.

## PRÆCEPTA EDVCATIONIS.

*Budæus, Grimpheranies.*

QUænam eſt iſthæc tanta, & tã ſubita mutatio? inter Ovidij Metamorphoſes poſſet referri. *Grim.* In peiuſne an in melius? *Bud.* In mea ſentia, ſi quidem ab exteriore cultu, geſtu, verbis, actionibus, bonam mentem, licet æſtimare ac colligere. *Grim.* Eſt ergo, quod mihi poſſis gratulari, ſodalis iucundiſsimè. *Bud.* Ego verò, & gratulor tibi, & vt pergas exhortor, magnaque in dies bonæ iſtius frugis, vt capias incrementa. Deum ac divos omne comprecor. Sed amabo, ne invideas familiari, tam charo artem adeò præſtantem, ac præclaram, quæ brevi tempori tantum humano pectori probitatis inſtilet. *Grim.* Ars, & fons rivi huius vberrimus eſt Flexibulus, ſi eum noſti. *Bud.* Quis non nouit virum, vt à patre, & maioribus natu audivi, ingentis prudentia, atque vſus rerum, huic civitati non notum modò, ſed charum, & in pauci

ve-

venerabilem ? O te fœlicem, qui illum proprius audiveris, & ſis cum eo familiariter verſatus : vndè tantum retuleris fructum ad rectam compoſitionem morum. *Grimph.* Quanto tu fœlicior, cui hæc dominaſcuntur, quod aiunt, & potes non ſemel, aut iterum, vt ego, ſed quotidie, quoties libuerit, talem patrem audire, maximis, & vtiliſsimis de rebus ſapienter diſſerentem. *Bud.* Omitte nunc iſta ; de te, & Flexibulo procedat ſermo inſtitutus. *Grimph.* Taceamus igitur de patre tuo, quando ita eſt tibi cordi : redeamus ad Flexibulum. Nihil vidi illius ſermone dulcius, nihil conſilijs cordatius : nihil præceptis gravius, prudentius, ſanctius. Itaque guſtu hoc, quem mihi ille de ſe præbuit, aucta, & incenſa eſt mihi mirum in modum ſitis hauriendi ex tam dulci fronte ſapientiæ. Narrant, qui orbem terrarum deſcribunt, fontes eſſe admirabilis ingenii, ac naturæ, alios inebriare, alios ebrietatem tollere, alios ſtuporem immittere, alios ſomnum: frontem hanc, hanc ego vim habere ſum expertus, vt ex bruto efficiat hominem : ex perdito, & nequam, frugi: ex homine angelum. *Bud.* Poſſemne, & ego ex eodem fonte, aliquid, vel

extremis labris delibare. *Grim.* Quid ni poſſis ? Domum tibi, vbi habites, commonſtrabo. *Bud.* Iſt[illegible] ic quidem alias. Tu ver inter deambulandum (aut aſsideamus, ſi iubet) aliquot mihi refer ex illius præceptionibus quas optimas eſſe, & potiſsimas cenſeat. *Grim.* Equidem recenſebo ubens, cum vt tibi gratificer, & proſim, ſi quæ ſuccurrent ad meam recordationem. Primum omniũ docuit me, debere vnumquemque nõ magnificè de ſe ſentire, ſed moderatè, ſeu verius demiſſe. Hoc eſt optimæ educationis, ac veræ comitatis ſolidum fundamentum, ac proprium. Huic navare operam, vt animum excolat, atque exornet cognitione rerum, ſcientia, & exercitamentis virtutum. Alioqui hominem non hominem eſſe, ſed pecus. Rebus ſacris intereſſe cum maxima attentione, & reverentia. Quicquid illud ſivè audias, ſeu videas, exiſtimare magnum, admirabile, divinum, & quæ captum tuum excederent. Sacro te CHRISTO commendare præcibus, in illo ſpem, & fiduciam tuam omnem collocandam. Parentibus obſequentem ſe præbere: in ſervire illis, miniſtrare, & quacumque valeat commodare, prodeſſe, adiuvare. Magiſtrum colere, ac diligere tanquam pa-

ren-

rentem, non corporis, ſed (quod amplius eſt) mentis, Sacerdotes Domini revere-rii, illorumque doctrinæ audientem ſe exhibere; qui referunt nobis perſonam Apoſtolorum, at adeò Domini ipſius. Senibus aſſurgendum, caput nudandum? attentè illos auſcultandum à quibus ob diutinum vſum rerum collecta ſit prudentia. Magiſtratus honorare, illisque aliquid imperantibus dicto eſſe audientem quibus cura noſtri à Deo eſt commiſſa. Viros magni ingenij magnæ eruditionis, probos ſuſpicere? admirari, colere, bene illis cupere, & amicitiam illorum, ac familiaritatem experere, ex qua magni fructus reportentur: & hoc potiſsimum, vt ſimiles eorum evidamus. Denique ijs, qui ſunt in dignitatem, deberi reverentiam? idcirco impendendam eſſe liberaliter, ac liberaliter. Quid tu de hiſce præceptis dicis? *Bed.* Mea quidem ſententia deprompta eſſe ex divite quodam prudentiæ promptuario. Sed hic mihi, an non ſunt multi ad dignitatem evecti homines indigniſsimi, velut ſacerdotes non reſpondentes tanto titulo, & magiſtratus prævi, & fanes ſtulti, ac deliri? Quid quæſo de his ſenciebat Flexiculus; An eodem eſſe honore proſequendos, quo potiores?

*Grim.* Non ignorabat Flexibulus eſſe tales non paucos: ſed non concedebat, ætati noſtræ, vt nos inter eiuſmodi, & alios poneremus diſcrimen: Nondum tantum eſſe nactos nos, vel ingenij, vel prudentiæ, vt id poſſimus dijudicare. Eam cenſuram, & ſapientibus eſſe viris relinquenda, & ijs, quibus illorum eſt regimen commiſſum. *Bud.* Rectè hoc quidem, vt videtur. *Grim.* Addebat, non debere adoleſcentem inpudando capite lentum eſſe, non inflectendo genu, non in vno quoque honorificè appellãdo, non in comiſermone, ac moderato. Non decere multum loqui apud maiores natu, aut ſuperiores. Id enim alienum eſſe à reverentia illis debita, ſed tacitum illos auſcultare, & ab eis haurire prudentiam, cognitionem rerum variarum, rectam, atque expedita loquendi rationem. Breviſſima eſt ad ſcientiam via audiendi diligentia. Prudentis, & ingenioſi eſſe de rebus iudicare vniuſcuiuſque, de eo quod probe novi. Ideòque negabat ferendum eſſe adoleſcentem ad pronuntiandum, ac definiendum proclivem. Debere illum in ſtatuendo, aut iudicando, de re quantumcumque levi, ac exigua eſſe cũctabundum, ſeu potius timidum, conſcium videlicèt ſuæ ignorantiæ. Quod ſi in

iu-

iudico de re qualibet par eſt adoleſcentem eſſe talē, quid fiet de litteris, de diſciplinis, de legibus patris, de ritibus, de moribus, atque inſtitutis maiorum, de quibus non ſolum ſententia ferre iuvenem, ſed nec diſputare, aut vocare in quæſtionē ſinebat Flexibulus: non cavillari, non rationem repoſcere, ſed tacitè, ac modeſtè obtemperare, quod dictum Platonis authoritate fulciebat magni in ſapientia viri. *Bud.* Quid ſi ſunt leges aut mores grovi iniqui, tyrannici? *Grim.* Idem, & de hoc Flexibulus diſſerebat, quod de ſenibus. Non ignoro equidem, aiebat ille, multos eſſe receptos in civitate mores parum probabiles, ſanctas alias eſſe leges, aliquas iniquas, ſed tu imperitus inexpertus rerum vitæ, quomodo id cenſebis? Nondum eo perveniſti eruditione, & vſu rerum, vt eo poſsis ſtatuere, fortaſſe, quæ tua eſt ignorantia, vel animi libido, improbas eſſe leges iudicabis, quæ ſunt rectiſsimæ, & magno conſilio ſtaturæ rurſum verò optimas, quas iuſtum eſſe abrogare, ſine illos de ijs inquirere, diſputare, definire, qui cauſam eveunt de ſingulis probabilem reddere: tu id non poſſes. *Bud.* Ita eſt planè. Pergere ad alia. *Grim.* Nulla eſſe decentius, aut gratioſius ado-

adoleſcenti ornamentum, quàm verecundiam. Nihil impudentia tetrius aut iniuſtius. Magnam eſſe ætati noſtræ ab ita periculum: ab ea nos ad turpes actiones corripi, quarum paulò poſt graviſſimi pæniteat. Multum itaque eſſe cum illa luctandum, quoad homini proſternatur, ne nos ipſa proſternat. Otioſus homo, ſaxum: malè occupatus bellua: bene occupatus verè homo. Homines nihil agendo, malè agere diſcunt cibum, & potum metiendum naturali deſiderio famis, aut ſitis, non guloſitate, aut pecunia, libidine infartiendi corporis. Quin poteſt dici tetrius, quam hominem ea ingerere in ſuum corpus edendo, & bibendo, quæ exuant illum humana conditione, transferant in belluinam, aut etiam in ſtipitem? Compoſitio oris, & cuncti corporis, quemadmodum animus ſi intus habitus, loquitur. Sed ex univerſa exteriore facie nullum animi ſpeculum aiebat eſſe certius, quàm oculos: ideòque convenire, illos eſſe ſedatos, & quietus, non claros, nec deiectas, non mobiles, ſed nec rigentes, faciem ipſam non intorvitatem, nec ferociam compoſitam, ſed ad hilaritatem, atque affabilitatem. Sordes,

&

& obſcœnitas abeſſe decet à veſtitu, victu, convictu, ſermone. Sermonem noſtrum ? nec arrogantem ac pavidum, nec viſum abiectum, & effeminatum volebat eſſe: ſimplicem autem, & minimè captioſum, non detortum ad pravas interpretationes, nam id ſi fiat, nihil erit tutum loqui, & fragitur generoſa loquendi indoles ſtultis, ac ineptis cavillis. Manus quum verba facimus non iactandas, non caput quatiendum, non criſpandum latus, non vultum corrugandum, & diſtorquendum, non pedes agitandos, Mendatio nihil dicebat eſſe tertius, hæc aliud æquè abominabatur. Intemperantia facit nos belluas, mendacium diabolos, veritas ſemideos, à Deo natam eſſe veritatem à diabolo mendacium: neceſſe aliud ad vitæ communionem per inde dãnoſum. Multo iuſtius debere, ab hominum conſortio pelli mendacem, quam qui eſt furatus, aut qui aliquem pulſavit, aut qui adulterabit nummum. Quæ enim eſſe poteſt, vel rerum, ac negotiorum contractio, vel conſortiatio ſermonum, cum eo qui aliud loquitur, aliud ſentit? Cum reliquis vitiorum generibus eſſe poteſt aliqua, cum hoc nulla. De ſodalibus, & amicitijs adoleſcentium multum ille lo-

loquebatur, & acurate, non exiguum id eſſe momentum ad probitatem, aut flagitia noſtræ ætatis, tranſire ad nos amicorum noſtrorum, & ſodalium mores tanquam contagia: & tales nos ferè fieri, quales ij ſunt, quibus cum verſemur: idcirco eam in rem magnam eſſe diligentiam, atque operam navandam. Nec permittebat nobis, vt ipſi amicitias, & familiaritates diligeremus: ſed vt à parentibus, aut magiſtris, aut educatoribus noſtris delectas, & traditas acciperemus, & coloremus illos ratione duci in eligendo, nos autem rapibrana animi aliqua cupiditate, vel libidine, quod ſi quo caſu in neceſitudines incideremus inutiles, aut noxias, à superiore authoritate admonitos, abijcere illas quam primam oportere. Dicebat ille quidem cum alia per multa, magna ſanè, atque admirabilia, tum hæc ipſa diffuſius, & exactius. Sed hæc erat propemodum directa adoleſcentiæ educatione ſumma.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

# PETRVS MOTTA Complutenſis ſtudioſis Lectoribus S.

POſſum equidem vobis, lectores optimi, de libris omnibus, quos Ioannes Ludovicus Vives, Hiſpaniarum decus compoſuit, illud ex animo affirmare, quod apud Ciceronem, Cato Scipioni, & Lelio ſuadere videtur, multus ad res perutiles eſſe Xenophontis libros, quos, vt ſtudioſè legant, adhortatur. Verum alij fortaſſe non niſi doctis, eruditiſque Lectoribus erunt idonei, hic autem vnus colloquiorum libellos eiuſmodi, eſt, vt non ſolum Latinæ linguæ tyrunculis, ſed qui iamdiu in exercitati ſunt, maximam inde frugem facere poſsint, vt ad Latinæ enunciandum quicquid velint, & doctiores fiant, & promptiores, Non vacat

cat huiuſce rei cauſas rationeſque perſequi : longiorem enim epiſtolam quam pro libelli modo, proponere non decet. Sed vna illa interim ſatis eſto : Ex aliorum librorum lectione, velut Terentiana atque Plautina, excerpi quidem elegantiæ fructum quis negat ? Sed in eis tamen vitiorum incitamenta, & morum offendicula ineſſe, quis non videt ? At in auctore noſtro, quid quàm elegantiæ Latinæ floſculos, quos ex clariſsimis quibuſque authoribus excerptos in hunc libellum congeſsit, invenies ? tum nihil eſt, quod vel Chriſtum ipſum, vel certè optimos mores, & probam educationem non ſapiat. Vt omittam mirabile illud artificium ? quo res vtiliſsimas dulciſſimo iucunditatis temperamento condidit, vel puerorum animis non minus iucunda, quam idonea propoſuerit. Ego certè pro virili mea hactenus connatus ſum, vt notos mihi,

hi, ac amicos omnes, ad huius libelli lectionem adhortaret. Cum ijs verò, qui Grammaticam docendi munus obirent præcibus, & litteris agere non deſtiti, vt cum diſcipulis ſuis exponere vellent, darentque operamne pueri eum audirent modò, ſed ediſcerent etiam. Sed hæc agenti mihi ab amicis aliquod ſignificatum eſt, pleroſque Grammaticæ profeſſores quos ipſi probè noſſent, libelli enarrationem cepiſſe quidem, ſed in medio tamen itinere ab incœpto diſtitiſſe, vt numquam magis Aſcenſia nam operam operam ſibi deſideratam eſſe dicerent adeò fuit vir ille, dum videret, de vulgo litterarorum benemeritus. Neque miror ſanè, cum apud noſtrates, ita ſint exigua docentibus præmia conſtituta, tam male diſcipuli ipſi præceptorum operum compenſent; tantus denique huius malæ verſande

ſit

ſit labor, vt doctiſsimus quiſque Siſyphinum, hunc lapidem humeris ſuis ſubite dedignetur: multi rurſus parva, & tenui eruditionis ſuppellectili, cum aliunde honeſtiorem (vt ipſe aiunt) quæſtum facere nequeant, magno ſe huic labori accingant: Neque verò tan ad magiſtrum eligendum quanta quiſque eruditione ſit præditus, ſed quà ſit ad laborem tolerandum ferreus, in conſilio haberi ſolet: ad rudimenta enim docenda, vel infirmum quemque ſufficere. Quare operæ pretium me facturum eſſe aiebat, ſi dictiones aliquod, præter eas, quæ in margine expoſitæ eſſent, vel earum elucidatio non ita facilè efferret, adnotarem. Quod ab eruditiſsimus viris in nonnullis auctoribus factitatum videmus. Iam quò id libentius facerem, quarundam vocum expoſitiones ab illis commentas ne non eas in-

intelligere viderentur; mihi narrarunt, quæ neſcio vtrùm riſum mihi, an ſtomachum potius movere deberent? Obtemperare igitur cum amicorum efflagitationibus, tum communi vtilitati, quamlibet magnis negotijs diſtrictus eſſem, optimum duxi: & ea quæ vel expoſito digna, vel alijs dubitata cognoſcerem, quanta maxima poſſem brevitate adnotare. Hoc tamen prius candidum Lectorem admonere vellem, ne non oſtentandæ eruditionis (quam alijs fortaſſe ſcriptis exhibere poſſemus) ſed infimæ Grammaticorum plebi conſulendi animo, ad has nugas deſcendiſſe, in eorum potiſsimum gratiam, qui vel Græcè neſcium, vel non per inde ſunt eruditi. Qui ſi multa deſideraverint, quæ per nos expoſita vellent, ſciam vicilsim multa nos adnotaſſe, quorum non

N poe-

pœnitere non poterat, quæ ne meminiſſemus quidem, niſi ab alijs perperam, ridiculeque interpretata, pro comperto haberem. Lector optimè, libellum hunc etiam atque etiam amplectere.

# INTERPRETATIO per Petrum Mottam.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

## NONNULLIARUM DICTIONUM, interpretatio per ſingula colloquia.

## RESURRECTIO MATUTINA.

C*Inctu Gallico*, quamquam in margine appoſitum eſt, *quomodo ſe ſolent Gallicingere*, tamen ſcio aliquos ignorare qualis ſit hic cingendi modus. Aliter enim cinguntur Gallique, ac Germani, & Flandri Germani, namque partē illam cinguli, quo enſis innectitur, ad genua vſque dimittunt femora: itaque non illa cingunt, quo facilius enſes illos ob longos quos gerunt, diſtringere poſsint. Flādri aliquanto ſuperius quàm Germani cinguntur, Galli verò ferè ad vmbili cum cingula geſtant, vt ante hac Hiſpani, qui iam Germanicum cingendi modum imitari cœperunt.

## PRIMA SALUTATIO.

A*D Brechma*, brechmatis ſine bregma, pars anterior capitis, ſynciput, à Græcè, quod eſt plo, & irrigo, hac enim pars maximè humida, & tenera eſſe ſolet:

præcipuè infantibus. Gaza tamen aliquoties occiput vertit.

## DEDVCTIO AD LVDUM.

PHiloponus, penult. brevi, id eſt, induſtrius diligens, laboris amicus: aptum ſanè nomen inſtitutori puerorum.

## EVENTES AD LVDVM.

HEri fuerunt encænia, inquit Suidas, id eſt encænia, eorum feſtum, vel dedicatio cuiuſcunque rei, aut cùm res qualiſcumque ſit, innovatur. Et vſus olim habebat hoc verbum; vt ſi qui nova tunica indueretur, encæniare diceretur. Author ex D. Auguſt. enarrans illud Ioan. *Facta ſunt encænia Hieroſolymis.*

## REFECTIO SCHOLASTICA.

AMydum ſimilago, cruciabatur nimirum ludi magiſter quidam, quod in Lexicis non inveniret Amydũ, ſed Amilũ. Vtrũque igitur idem, eſt quamquã magis propriè Amylum ab, & vel quaſi ſine mola. Conficitur enim ex tritico, non molis, ſed in aqua per aliquot dies macerato, & lactè expreſſo, quod flagranti ſole exſic-

catur: vulgò *almidon*: in Bœthica tamen *Anaxir*, etiam dicitur, quo mulieres vtuntur ad linteorum de albationem. De amylo vide plura per Dioſcoridem, lib. 2. cap. 11. Similago autem quæ eadem ſimilia dicitur, genus item eſt pultis, olim ex puriſſima farina tritici, nunc tritico ex ipſo molis parvolis contuſo. A Bœthicis Acemite, à Valentinis, apud quos Amylum, & ſimilago plurimum ſunt in vſu, Semola appellatur, lege, cap. 44. tertiæ quinquagenæ Antonij Nebriſſenſ.

*Vel quo cervi cornua*, id eſt, vt nuſquam inveniatur proberbialiter dictum Cervi enim quotannis cornua depoſituri, loca in via, & in acceſſa quærunt, quo inventu ſint difficiliora.

*Intermiſſus*, id eſt, inter ferculorum immiſsiones: dicitur enim miſſus, vel ludorum, vel ciborum, quoties alijs peractis, aut dimiſsis alij ſuccedunt, immiſſio.

*Qui in phrontiſterio ſuo*, quod eſt ſtudeo, curo, meditor: inde phrontiſterium, ſchola, & quaſi curarum, & exercitationum domus.

*Seu mimoveris*, qui rem leviſsimam nimis exaggerat, tragœdiam ex comœdia facere; dicitur proverbialiter, multo pe-

ius facit, qui ex Mimo. Eſt enim Mimus; Dramatici carminis genus multò minus, & brevius, quàm comœdia. Nec hoc quidem ex ponerem, niſi aliquos hoc ipſum dubitare vidiſſem.

*Bulgoſa Hortenſi*, id eſt, boragine: nam alteram ſylveſtrem Hiſpani bonis linguam appellamus, ſicut Græci.

*Prævat verba*, id eſt, dicat, qui nos eum ſequentes proferamus. Sic Livius primæ Decadis, lib. 8. ( *Agedum Pontifex præi verba, quibus me pro legionibus de voveam.* ) Cicero tamen, & Plautus verbis, & voce præire dicunt.

## GARRIENTES.

E*A eſt colus philoſophia*, id eſt, ſapientia, ac potius ſuperſtitio muliebris.

Eſt enim colus gentivi caſus. *Apud Prætorem capitalem*, vulgò *Alcalde de el Crimen*.

*Vehentem chanterio*, id eſt, qui vehitur, participium præſentis in paſſiu ſignificatione. Sic Tit. Livius lib. 2. 3 Decad. Cu *Lentulus eum prætervehens equo Conſulem vidiſſet* Vnde nomen verbale vector ferè paſſivè etiam,

*Decoxit rem, & conturbavit rationes,*

pro

pro eadem accipiuntur. Sed abſolutè plerumque, vulgò, *alçòſe, ò perdiòſe*, vndè decoctores, quidem ſuam perdiderunt. Iuvenalis, *de Petro conturbat*, Mottam deficit.

*Hic murus aheneus eſto.* (Hæc ſit animi noſtri firma, immobilis ſententia ferreum) vt ita dicam propoſitum. Proverbium ab horatro ſumptum.

*Quid tu vatrax? Qui tu vatrach omyomacha?* Rana dicitur. Græcè Vartachiomyonachia ranarum, & murium pugna, quam Homerus (vt aiunt) verbum compoſuit. Hoc autem loco vtrumque nomen pro conviniò vſurpatur à pueris garrientibus.

## ITER, ET EQVVS.

M*Iſippus, &c.* Libuit hoc loco nomina, Hæc Græca Latinæ exponere, ita ſunt apta, inter loquentium perſonis Miſippus, oſor equorum, Philippus, equorum, vel equitandi amicus. Miſoſpodus pen. long. ignavus, & induſtriæ oſor. Pianeres vagos, errroviator. Sequa nuſluvius eſt Pariſios inter fluens.

*Iubellium auream, &c.* Non defuit præcepto quidam, qui cum horum verborum ſenſum non intelligeret, cœpit excuſſores in ius vocare, quod litteram corrupiſſent.

Quare ſic emendandam præcipiebat. Rubellum tuarum videris, qui cum hoc congreſſus eſt, aſellum, pugnam neſcio quam inter cantum nigrum, & aſellum, ſuaviter, & cum audientium plauſu confingens. Iubellius igitur cognomine. Taurea longè Campanorum fortiſsimus eques, Claudium Aſellum civem Romanum equeſtri gloria ſibi parem in ſingulare certamen provocavit. Quarum pugnam narrant Livius in fine fere tertij libri tertiæ Decadis, apud quem non Aſellam, ſed Aſellum legimus.

*Succuſſatorem*, equus qui ſic graditur, vt ſeſſorem concutiat, ſuccuſſator, & ſuccuſſor, & ſuccuſſarius dicitur.

*Helcia* pro loris, ſeu capiſtris accipias; licèt Apuleius helcium ſparteum, & teniam ſparteam pro eodem poſuit; nempe pro eo vinculi, nexuſque, genere, quo iumenta capiſtrata machinas, molaſque trahunt, ab Græce, quod eſt trabo. Vnde equi, ſervique, helciarij apud Mart. & Sidonium.

*Hyberno pulvere*, &c. in libro vetuſtiſsimorum carminum, qui ante omnia, quæ à Latinis ſcripta ſunt, compoſitus ferebatur inventum eſt hoc ruſticum vetus canticum; Hyberno pulvere, verno luto, grandia farra,

ſarra, Camille metus. Vade Vir illud ſumpſit? *Hyberno lætiſsima pulvere ſarra.* Author eſt Macrob. 5. Saturn.

## SCRIPTIO.

IN *auditorio Antonij Nebriſſ.* non poſſum, quamlibet ſpatiorum anguſtijs præmar. dulciſsima præceptoris mentioni, vel pauliſper nõ inhærere. Hic eſt ille Ælius Antonius Nebriſſenſis bonarum litterarum, & Latinæ linguæ primus apud Hiſpanos aſſertor, omnimoda diſciplinarum eruditione refertus, qui extremo ferè ſenectæ ſuæ tempore, Compluti doctiſsimos auditores docens, diem ſuum obivit: è cuius auditorio plurimi, eruditiſsimique viri prodierunt, quorum ſcriptis (vt Socrati contigit) nomen eius æternæ memoriæ mandabitur. Tamen flexijs, quæ ipſe ſcripta reliquit, morietur nunquam: de cuius laudibus alibi fortaſſe, & copioſius, & liberius.

## VESTITUS, ET DEAMBULATIO matutina.

IN *horologio machinali, & in gnomone.* Machinale horologium eſt, quod machinalis ferreis movetur: pul-

ſum.

ſumque malleoli in tintinnabulo hora dignoſcitur. Porrò gnomon, gnomonis, cremento brevi, ſtilus eſt, ſivè manus horas indicas. Item ferrum prominens in vmbilico linearum, aut filium tranſverſum in ſolari horologiolo, cuius vmbra interno ſecantur horæ Sunt Gnomenes etiam dentes iumentorum, ex quibus eorum ætat dignoſcitur.

*Periſcelides*, nomen hoc pro Armilijs à nonnullis vſurpatur, hic tamen, vt apud alios authores, pro fœminalibus, ſeu braccis accipe, author Hieron. Cælius Rhodiginus adnotat, periſcelides etiam eſſe, quæ vulgò gremialia vocant.

## DOMUS.

A*Lexicatus*, Herculis epithetum, necnon Apolinis, quo ſignificatur in malos adiutor hominum defenſor malorum depulſor. Quanto igitur veriùs congruit Chriſto Domino, Agno videlicèt illi, qui abſtuli peccatum mundi, id eſt, Dominus quides ipſe.

*Cœli facies ichonographica.* Omniũ operum, quæ vel facienda ſunt, vel facta imaginantur, deſcriptio, & pictura in ichnographiam, orthographiam, & ſciographam di-

diuiditur. Icnograpia, eſt operis deſcriptio lineis dumtaxat in plano poſitis, per quas, ſeu per veſtigia ( hoc enim ſignificat. ) Ima, & ſupprema imaginamur: vulgò *la traza*. Orthographia eſt recta, & ſolida operis imagno in eis ſuis ſitis erectis, quibus, & frontem, & ſuperiora non imaginamus, ſed videmus. Sciographia, cùm eiuſdem operis vmbræ, loca, habitacula, tractus tamquam ſuis coloribus pinguntur, vt in ijs, quas Mappas mundi appellamus. Eſt igitur cœli facies ichnographica, lineis dumtaxat in plano depicta. Terræ, & maris orthographica deſcripta in ſolido globo. Nobi orbis ſciographica ſuis locis, fluvis, vrbibus, & tractibus diſtincta.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

*Cochlides.* Vulgò: *Eſcalera de caracol*, à cochieis, quarum figuram imitantur.

*Marmoris baſaltis.* Baſaltes lapis eſt ( inquit Plinius) colore, & duritie ferri.

*Hoc alterum membrum eſt hybrenum.* Membrum pars domus dicitur, Hiſpanè *quarto de caſa*. Plinius Iunior ( *Adhæret dormitio ium membrum.* ) Vtuntur voce hac in hoc ſignificato. Columella, Vitruvius, Vlpianus.

*Atlantes, & Cariatides* Sunt ſuſtentacula illa, quæ trabibus tranſverſis in contig-

tignatione ſupponuntur. Atlantes quidem ab Atlante dicti, qui cœlum humeris fulcire dictus eſt, quos ad ſimilitudine, vel hominum, vel variorum animalium, artifices exculpunt Cariatides verò muliebri figura, ſic dictæ à mulieribus, quas Græci ex Caria Peloponeſi Ciuitate captiuas abduxerunt, quod meriti earum cum Perſis conſenſiſſent, quarum imagines, artifices in Cariatarum ignominiam ſuper columnas [illegible]tilis, & coronis ſuſtenendis ſuppoſ fuerunt. Vide Vitrobium, lib. 5. Vulgò *[illegible]ones, çapatos, cartones.*

## SCHOLA.

TYro, *Spudæus.* Iam ab authore paulo ſuperius expoſitum eſt, quis dicatur Tyro, Spudæus, induſtrius, & ſtudioſus.

*Ad proletarios, & capite cenſus.* Proletarij, & capite cenſi Romani dicebantur, qui cum propter tenuitatem rei familiaris, ſumptus militiæ ferre non poſſent, militiæ immunes erant. Proletarij, quidem, quaſi ſufficiende proli in vrbe relicti. Capite autem cenſi, tenuiores erant, qui paurum pecuniæ, habentes, non pecunia, ſed capite ſuo cenſebantur; inde ad homines abiectæ, & infime condi-

tios

ſionis duo hæc transferunt.

*Capite diminutos*, id eſt, infames, & ſine honore, quos vulgus *amenguados* appellat: Sic nominant Iure conſulti eos, qui ex animadverſione Iudicem, honoris damnum fecerunt, non tamen omnes.

*Agnotheta, numerarius*, id eſt, qui ludos exibet populo, præfectus ludorum certaminum præſes, & iudex.

*Ea eſt epheſtris doctoralis*, Epheſtris veſtris erat exterior, quæ vel armis, vel veſtibus ſuperi imponebatur, nunc noſtris Doctoribus holoſerica pro inſigne geritur, à collo vſque ad cubitum protenſa: à noſtris, *muceta*, aut *capitore*, a Pariſienſibus *chaperon* dicitur.

## CUBICULUM, ET LUCUBRATIO.

S*Epaceos*. Hac voce vſus eſt Apuleius; neque te decipiat littere per mutatio idem enim eſt ſepum, quod ſebum.

*Lycnuchum*, candelabrum hoc loco: Solet etiam plerumque pro eo, qui lucernam portat, & pro lucerna ipſa, ac facula vſurpari.

*Concoctione eu aporatoria*, peracta illa digeſtione, cùm vapore exſtomache in cerebrum exhalantur.

*Criſpato mixi*, myxus Hiſpanè, *mecha, torcida, pavilo.*
*Elychnium*, idem quod myxus.
*Xylineum.* Plin. lib. 19. Xylinium fruticem eſſe dicit in Ægypti parte ſuperiore Arabiam verſus naſcentem quem aliqui Golipion vocant, parvulus eſt, ſimilemque barbaræ nucis defert fructum, ex quo xylinaligna.
*Puerum exceptorem*, id eſt, qui ſcribat, quod ego protulerint. Qui profert dictare, qui ſcribit excipere dicitur.
*Conlicem exceptorum, & regeſta*, Plinius Senior, vt ait Iunior, nihil legeat, quod non exciperе, librum igitur album, vbi vocabula, ſentiæ, loquendi formulæ, & reliqua, quæ optima viderrer ex authoribus collectu reponuntur exceptorium appellat: qui autem rerum, & dictionum index eſt, ordine abecedario diſtinctus, apud quem authores, & quoto folio, quæ notata ſunt, inveniantur, regeſtum dicitur, vulgò *regiſtro.*
*Anaclinterium*, ab Græcè, quod eſt diſcumbo, inde Anaclincerium, locus vbi interdio cubatur. Lampridius in Heliogabalo, vulgò *eſtrado*, dicetur etiam Ribadium. Tranæ, in Auguſt. lectulum lucubratorium vocat,

*Poſcam plus veſtium* ) veſtes non modò ſunt quibus indeimur, ſed quibus inter dormiendum tegimur, ſicut Hiſpanè *ropa*.

## CULINA.

L*Trolaben*, novum vocabulum : ſed accommodum ſatis, & venuſtum, vt quod ex Græco fonte cadat, quod eſt ignis, & Capio.

*Inchytropode*, olla eſt eum, pedibus. Sunt etiam chytropedes, ollarum ſuſtentacula.

*Gedtudiculam*, Hiſpanè *el caço*, quod inſigne eſt coquorum ſicut fulma iovis, tridens Neptuni.

*In epicenio*, truncus eſt, quo coqui carnes ſecant, alij epixeum dicunt : Suidas maſculina poſuit.

*Tyrocneſti*, Hiſpanè *rallo*. Eſt etiam gladiolus militaris.

Aut ſi mabis rhapſodiare, eſt carmina pangere, centones recitare, verſus hinc inde contexere, & confarcinare, vt hoc loco.

*Bullimium pellendum*, quidam Candidus appetitum interpretantur. Certè magna eſt fames, & morbus, quo laborantes etiam poſt cibum eſſurit : cum ob famem ſtomachus deficiunt.

TRI.

# TRICLINIUM.

M*Ore Græco Sympoſium*, Græcè, Latinè Compotatio: Latini Convivium nominarum, quia vitæ coniunctionem habeat, vt ait Cato maior apud Ciceronem.

*Hypethra*, id eſt, ſubdio poſitio in medico areæ, aut impluvij. Dicuntur hypethræ ambulationes, authore Vitruvio, quæ Latini xyſta appellant. Denique ædificia hypetara non contecta, ſed ſubdio.

*Murrha*, Plinius ait liquorem eſſe, qui ſub terra calore denſantur, vulgo Agata, vt ait Nebriſſ. Lucanus.

*Non auro murrhave bibent.* Vndè vaſe murrhina.

*Suum gutturnium*, hic pro cadanicula, vndè aqua manibus deſcendit. Alij pro ipſo vaſe accipiunt. Malluvium igitur, finem alludia, Hiſpanè *fuentes*,

*Probe ſandarachato.* Hiſpanè *bien barnizado*. De ſandaracha, vide planè in Lexici.

*Cymacium abaci*, pars illa abaci prominens. Nam Græcis, labra extantia, & prominentia dicuntur.

*Menſ*

*Menſa cibilia ſegmentata*, ſolitos eſſe Romenſis quadratis in caſtris vti, rotundis verò domi, quas à cibis cibilas vocabant, authores ſunt Varro, & Feſtus. Nunc pro qualibet menſa, cui prandentes accumbimus, Segmentata Hiſpanè *de piezas*, operis teſiellati, *de ataracea.*

*Chiramactum*, rectius Chiromactron, aut Chiromaſtrum, quod eſt mantile, Hiſpanè *pañizuelo de meſa.*

## CONVIVIUM.

A*Dferto ei panem cibarium*, panes cibarios vocat Plin. lib. 18. qui paſtoribus, & vulgò dantur.

*Speuſtrous*, in Plinianis codicibus ſpeuſticos panes à feſtinatione dictos invenio. Sicut à coquendi ratione furnaceos, & artopteiteos.

*Hectas attollit*, Hiſpanè *coſtras*, ò *vexigas*, quaſi hictæ, ab hiando dictæ, Feſtus.

*Cum muſis*, *& cum dijs*, boni hominis voces ſunt, id eſt, dijs muſiſque faventibus, & propitijs. Ille autem intellexit, Muſis enumeratis vna cum diſcipulis.

*Cydon perſica*, vulgò *melocotones*; ex inſitioni mali Cydoniæ, & perſicæ.

*Ficis duriorijs*, hoc prodromos eſſe di-cit, hoc eſt præcoces.

*In apyroto*, Apyrotum penult, longa, vas frigidarium.

*Aigiances*, vinum fortaſſe dulce, quod vulgò vinum mulicbre dicunt.

*Videntur dolia*, hoc eſt vniciantur, id enim eſt vivere.

*Arthretica*, morbus articularis, Hiſpanè *gota de pies, ò manos*. Sæpius à Græcis.

*Argento concluſa*, Hiſpanè *engaſto-nada*.

*Priſanas*, nonnunquam cremorem ex hordeo, alijſve frugibus expreſſum ſignificat: imperiti pro aqua cum hordeo ferue facta accipiunt, cum ſit pultis genus, vt Plinius ait, ex hordeo, cuius laudibus Hippocrat. vnum volumen dicavit.

*Leucophagum*, Hiſpanè *manjar blanco* Hermolaus dixit Leucopheum, ſi modo liber mendo caret.

*Lupum*, lupus piſcis à voracitate dictus eſt fluviatilis. Capitur ſub oſtia fluviorum, Storionem, vulgo appellatum eſſe Rapha el Volat. refert.

*Soleas frixas*, Hiſpanè *lenguados*, à ſimi-

ſimilitudine ſoleæ eas eſſe crediderim; quas Varro, & Plautus lingulacas appellant.

*Lucium recentem, & capitonem.* Athenæus leucíſcum piſcem commorat, & Ælianus Cæphalum, quem Athenæus, ait à gravitate capis dictum, eiuſdemque generis eſſe cum leviſco.

*Gobios*, & goviones legimus, quos præſtanti ſaporis, ſed parvi nutrimenti eſſe, Athenæus aſſerit, retinetque nomen apud Hiſpanos.

*Pollucibilia*, id eſt, qualia fiebant, cum in honorem cuiuſpiam Dei aliquid dedicabatur. Pollucere enim eſt ſacrificale verbum, & reddentium libamenta dijs Plaut.

*Vt decimam partem Herculi polluceam.* In pollucibiliter, ſalialiter, opipare, & ſplendidè.

*Embammata*, id eſt, liquamina, intinctus: ab Græcè, quod eſt intingo, quibus panem, vel opſonium intingimus.

*Vbi eſt Q. Hortenſius*, is enim, vt ait Varro primus in augulari cœna Panones appoſuit.

*De ſecundam menſam*, prima menſa eſt epularum, ſecunda promorum, vt Servius

ait, vbi mellita, & ſecchatrea, reliquaquæ quæ Latini bellaria, Græci dicunt apponebantur, & vino latius indulgebatur.

*Hippax*, caſcus eſt equinus, vel coagulum equinum, aut id quod in lacte equino ſedet, poſtquam agitatum eſt à Dioſcorid. Hippace fœmineo genere ponitur.

*Scribilitas . & artolagna*, artolaganos panes à delicijs nominatos, ait Plinius ſtribilitæ, & artolagana. Fortè, *ojuelas, y buñuelos.*

## EBRIETAS.

ASotus penult. longa, ſignificat hominem gulæ luxuique deditum, decoctorem, nepotem, à populo Aſotorum, qui erant luxu, delicijſque perditi, & qui in menſam vomeant, vt ait Cicero.

## REGIA.

AGrius Sophoronius, Holocolax, nominatitem perſonis ſatis ſcitè accommodata. Agrius, agreſtis, ferox, Sophronius, prudens, modeſtus, frugi Holocolax, pœnitus adulator, & qui imperavit

ſibi omnia Aſſentari, vt ait Terentius.

*Magnus comeſtabulus*, ſicut a Romanis magiſtere quitum creabatur, qui comes eſſet dictatori: ita apud Hiſpanos, qui ſecundus à rege eſt, cum vexillum regni maximum committitur, Comes ſtabilis appellatur, cuius veluti cum rege ſocietas, in edictis publicis, atque ſolemnibus declaratur, his verbis *iubet rex, atque eius Comeſtabilis.* Elegantiori nomine, quam apud Græcos Comes ſtatuli, quem Raph. Volat. ait caput eſſe togatorum Francorum.

*Præfectus ſacris ſcriniis*, vulgò magnus Chancellarius.

*Qui ducunt vultus*, qui contrahunt frontem, qui ob ducunt ſupercilia. Sic Martial. *Qui ducis vultus, & non legis iſta libenter.*

*Excipiunt cœnare recta*, cœna recta excipere, aut convivari quis dicitur, cum ad eandem menſam omnes invitati diſcubunt, eiſdemque epulis cum rege vtuntur, vt omnia omnibus ſunt communia: quod in Augſt. & Veſpeſ. laudat Suet. cui obijcitur ſportularum miſſio, quod Hiſpanè dicitur *dar, ò embiarcacion*, vtrumque hoc vno, & eodem verſu concluſit Mart. *Promiſſa eſt nobis ſpor-*

*tula recta data eſt.*

*Ex parthenone*, virgo eſt, vnde locus eſt vbi habitant virgines.

## PRINCEPS PVER.

*MOrobulus*, *Sophobulus*, penul. producta, alter ſtultus, & fatuus; alter ſapiens conſiliarius,

*Refractarium*, qui ſeſſori refragatur.

## LUDVS CHARTARVM.

*ARcis mundi mulieribus*, Hiſpanè *cofres*, vbi ea quæ pertinent adornatum muliebrem reponuntur, qui mundus muliebris, ſiuè mundum in neutro, vt ait Gell. dicitur, vide nummelis ſcriberetur, arcis mundi muliebris.

*Myſteria Eleuſina*, id eſt, ſacrificia Cæreris, quæ ad Eleuſin oppidum Atticæ celebrabantur, nullo magis (vt Iuſtinus ait) quam ſilentio ſacra; quæ quoniam evulgavit Alcibades, accuſatus eſt.

*Velut iſtis caribus.* Cares ex Caria regione, qui primi ſuam in bellis operam locarunt; vnde Cares provilibus, avaris, ſordidis, & contemptibilibus vulgò accipiunt

piuntur, de quibus multa extant proberbia:
*Componendi folia*, Hiſpanè *armar*.

## LEGES LUDI.

GOacti litij, Hiſpanè *zapatos de fieltro.*

*Divæ Virginis Redemptoria*, Nueſtra Señora de la Merced.

## CORPUS HOMINES.

GLavellum, Hiſpanè *entre ceja, y ceja*, quod interſtitium ſuperciliorum glabrum, id eſt, ſine pilis eſt, nonnulli piſolùm habens, quos *cegijuntos* vocamus.

*In translatione eiminum.* Translatio criminum apud Rhetores eſt, cùm crimen quidem non diffitetur reus, ſeu cauſas quærit, quibus id elevet, à tempore, à loco, à natura, à conſuetudine, à neceſsitate, à reliquis eiuſmodi.

*Ircos*, alij cum aſpiratione ſcribunt, *el lagrimal del ojo.*

*Valleculam*, concavum illud, & depreſſum, quod eſt inter labrum inferius, & mentum.

*Bofimus*, id eſt, valdè ſimus, quales fuerunt Humni, bovina fatie. Humni autem,

qui è Sarmaria Europa egreſsi, poſteà Attillam ducem ſecuti, Pannoniam occuparunt, & ſuo nomine Hungariam dixerunt.

## EDVCATIO.

*Bombycini villoſi interciſi*, Hiſpanè *terciopelo*.

*Texti attalici*, aurum intexere in Aſia Attalus Rex primus reperiſſe dicitur: vndè textum Attalicum; Hiſpanè *brocado*.

Multa prætereà ſunt, quæ diligens Lector ex verbis adiunctis, aut conſequentibus, tum etiam ex Lexicis, intelligere poterit.

# INDEX EORUM, QUÆ IN hoc volumine colloquiorum continentur, ex Latino ſermone in vulgarum Hiſpanum translatum.

## D. IOANNE RAMIREZ Authore.


*ABECEDARIA tabella*; la cartilla, pag. 13.

*Acapnaligna*, leña que no humea. 88.

*Acerorus*, grançoſo, 99.

*Acetoſus*, avinagrado, ibidem.

*Aricula*, el clavillo de la evilleta, 2.

*Adventorium prandium*, antipodio por la entrada, 38.

*Adventatores*, foraſteros, 26.

*Ædilis*, el Fiel Executor, 157.

*Æſtuarium*, herv[illegible]ero de agua, 74.

*Abenum*, la caldera, 89.

*Aluculus*, el tablero para jugar à los dados, 128.

*Amylum*, almidon, 196.


*Ana-*

*Anaclyterium*, lugar para dormir entre dia, 86.
*Ancon*, el codo, 102.
*Angiportus*, adarve, 75.
*Antinela*, pretal comun de beſtias ſin labores, 41.
*Antiæ*, el copete de los cabellos, 164.
*Anthereó*, los papos debaxo de la barba, 64.
*Annullus*, aldava, 102.
*Aquilus*, aguileño, 166.
*Aquiminarium*, aguamanil, 96.
*Aribus tribus* [illegible], malo de començar, y peor de acabar, 94.
*Architiclinus*, el Refitolero, 22.
*Arieto*, topetar, 65.
*Armus*, la eſpada, 89.
*Aromatario taberna*, tienda de eſpecería, 37.
*Arthologanum*, ojaldre, 110.
*Adſtrimẽta exarmata*, agujetas ſin cabo, 2.
*Aſtureo*, haca o troton, 41.
*Aſſulla*, haſtilla, 88.
*Atlante*, & *Caryatides*, ſon los que tienen los medios cuerpos de hombres, y los medios de mugeres de piedra, à manera de pilares, que ſuſtentan el edificio. *Vitrovius*.
*Attalicus textus*, *fortè dicitur*, terciopelo alcachofado. 19.

*Aſta*

*Autopyron*, todo harina de trigo, 99.
*Auxilia*, puchero, 58.
*Baculus*, el baſton, 103.
*Batalarius*, el baſton, 103.
*Batylium*, badil, 87.
*Bybullus*, que ſe paſſa como papel, 53.
*Bombycina levi*, veſtidura de raſo, 63.
*Bombycinum villoſum interciſſum forte*, terciopelo azeytuni, ò damaſco, 171.
*Boſinus naſus*, nariz muy remachada, 165.
*Brechema*, la mollera de la cabeça, 182.
*Bubula falila*, cecina de baca, 89.
*Buccea*, el bocado, 5.
*Buccula*, la babica, 164.
*Bulimia*, grande hambre, 92.
*Cacabus*, el caldero, 89.
*Calculus*, el tanto, 94.
*Calantica*, garbin, ò cofia, 4.
*Campe*, la dobladura del braço, 165.
*Capite cenſi authores*, los ruines, 78.
*Capito*, *piſcis*, *ab aliquibus*, cabeça de aſno, 107.
*Capripilia*, ropa de chamelote, 63.
*Capronea*, los cabellos ſobre la frente, 162.
*Capſas*, *acis*, cangilõ para tener azeyte, 91.
*Carduelis*, el ſirguerito, 98.
*Carcheſium*, copa como gavia, 108.
*Cariora*, datil, 110.
*Cauſia*, el ſombrero para el Sol, ò caperuza

mon-

montera, 53.
*Cella penuaria*, deſpenſa, ò botilleria, 76.
*Cella vinaria*, bodega, ibid.
*Cervical*, el cabeçal, 84.
*Charta emporetica*, papel de eſtraza.
*Chiromactrum*, pañizuelo, ò ſervilletas de meſa 97.
*Chytropus*, olla con pies, 89.
*Cibarius panis mediastinus*, pan para criados, 99.
*Cibilla menſa*, redonda, 96.
*Cingulum*, la correa, 2.
*Cingulum cori... um venatoriū*, cincho, 3.
*Cingulum puniceum ex lino*, ceñidero de hilo colorado, ò cordon, ibid.
*Cingulum textile*, texido, ibid.
*Circulator*, chocarrero, ò charlaran, ibid.
*Clathurs*, la rexa, 74.
*Clava* la maza, 77.
*Clavarius*, el bedel, ò el que la lleva, ibid.
*Claſici authores*, los principales, 77.
*Clitellariū iumentum*, beſtia de albarda, 42.
*Ceactilicij*, alpargatas, 153.
*Coaſſatio*, entablamiento, 72.
*Codex*, mano de papel, 59.
*Codex exceptorius*, el cartapacio donde ſe eſcrive lo que ſe ſaca de los libros, 84.
*Commiſſura*, trabaz..., ò conjuntura, 64.
*Componere folia*, al..., 145.

*Conclave*, recamara, 74.
*Confriatus*, deſmenuzado, 109.
*Condylus*, la juntura de los artejos, 266.
*Conopæum*, el pavellon, 89.
*Contignatio*, ſobrado, ò alto, 72.
*Corollarium*, añadidura, 12.
*Cremo*, leche q̃ ſe ſaca de grano mojado, 20.
*Crepitus digitorum*, caſtañeta, 115.
*Crumeniſeca*, corta bolſas, 30.
*Crumenarius vicus*, la bolſeria, 157.
*Cucullio*, *veſtis clauſa fortè*, capuz, 65.
*Cuma*, caldera, ò ſarten, 69.
*Cullus ligneus*, la ortera, 102.
*Curio*, cura, 44.
*Cydoniatum*, carne de membrillos, 110.
*Cydoni perſicum*, melocoton, 110.
*Cymatium*, ſobrehaz, ò ſobremeſa del aparador, ò tabla de encima, 69.
D*Amaſcena veſtis*, ropa de damaſco, 63.
*Decuſati*, traſtocados, 145.
*Depleo*, *es*, vaciar, 102.
*Deſignatur*, Licenciado, 77.
*Dies operarius*, dia de hazer algo, ò de curio, 41.
*Diabolarius*, coſa de à dos blancas 26.
*Diſtributor*, el que parte, 144.
*Dominaſter*, el que haze del ſeñor, 28.
*Deſſualeta mentum*, beſtia para cargar, 41.
*Dulciarum forum*, la confiteria, 156.

*Dulclarios piſtol*, el Confitero, ò el que haze mazapanes, fruta de ſarten, 110.
*Duriacoria ficus*, q̃ tiene el cuero duro, 101.
E*Lementaria tabella*, la cartilla, 13.
*Elychnium*, mecha del candil, 83.
*Emamma*, mojadura, 107.
*Encenia*, la dedicacion de la Igleſia. 9.
*Epheſtris, ſivè opomis: ſeais, ſive epitogior*, muceta de Obiſpo, ò capirote de Maeſtro, 80.
*Epiſtomium*, el pico del jarro, y la boca del caño.
*Epippiarus equus*, el cavallo de ſilla, 42.
*Epitogium*, capa como de Coro, 80.
*Epigenium*, tajo para partir, ò picar carne, 90.
*Equi meritorij*, cavallos del alquiler, 41.
*Emucea*, mohecerſe, 103.
*Evigilare*, dexar de dormir, 1.
*Exentero*, ſacar las tripas, 89.
*Exemplum*, la cata, o prueba, 12.
*Exfibulo*, quitar la hevilleta, 3.
*Exſugo*, deſpavilar la candela, ò candil, 85.
F*abernaulis fortè*, el Cerraxero, 256.
*Facere ſponſionem*, apoſtar, 255.
*Femoralia*, zaragueſles, ò muslos de calçar, 2.
*Feminicruralia*, calças, ibid.
*Fibula*, la hevilleta, 2.

Fiſ-

*Fiſtiloſus caſeus*, queſo co muchos ojos, 109.
*Fœces*, hezes del vino, 103.
*Focaceus panis*, pan cocido en padilla, ò al hogar. 99.
*Folia luſoria*, los naypes.
*Follis*, pelota de viento, 154.
*Fornicatus*, por coſa de arco de bobeda, 74.
*Forum olitorium*, la berceria, 11.
*Foruli*, las caxas de libros, 79.
*Fructuarium forũ*, la plaça de la fruta, 156.
*Fuſcinula*, las tixeras de eſpavilar, o tenedor, 86.
*Fulcrum*, la madera de la cama, 86.
*Fumalis vicus*, carcel de frumental, *Valentiæ*, 157.
*Fumale*, humero, chimenea, 74.
G*abata*, ataifor, ò eſcudilla de faldas, 101.
*Gallicæ*, gallocas, que ſon çapatos de palo, 39.
*Ganeo*, el que anda por los bodegones, 87.
*Glabellæ ſubſtantivum*, el eſpacio que ay entre ceja, y ceja. 162.
*Glandulæ*, las agallas del garguero, 3.
*Globuli*, botones, 63.
*Glomero*, devanar, 12.
*Glutinator librarius*, el enquadernador, 83.
*Graphis*, el dibuxo, 72.
*Gutturnium*, caño, 95.

*Guttus*, alcuza, 20.
HEcta, ampolla, ò bexiga. *Denique pannis tolli hectas*, eſtà olvidado, 99.
*Hyppas*, *cis*, queſo de yeguas, *Plin.* 209.
*Hircus*, el lagrimal del ojo, 16.
*Holocriſos*, todo de oro, 124.
*Holoſericus*, todo de ſeda, ibid.
*Hipocaſtum*, pieza debaxo de tierra para ſudar, que es baño, ò eſtufa, 74.

INciſuræ, las rayas de las manos, por donde adivinan los Chiromanticos, 169.
*Index*, carta, ò mueſtra de lo que es el juego, 160.
*Innitto*, *eris*, arrimar, 63.
*Intermedium*, el artejo, 166.
*Interula*, el almilla, 63.
*Intritura*, guiſadico, 93.
*Irritabilis*, enojadizo, 94.
*Iugale iumentum*, beſtia para carreta, 43.
*Iuguli*, las ſilias, 164.

LAbrum, el librillo, 50.
*Lucerna*, capa de camino, 65.
*Lamnula*, tajada, 209.
*Lapathus*, la romaza, 106.
*Lararium*, la capilla. 74.
*Lari*, el holgar, 88.
*Lemma*, argumento 73.

Lem-

*Leucophagrum*, *ſivè vt Hermolaus*, *leucophœum*, manjar blanco, 106
*Ligulæ adſtrictoriæ*, agujetas, 2
*Ligulæ ſericæ*, cintas, ibid.
*Ligulæ devinctoriæ caſtrenſes*, agujetas de armar, 63
*Limbus*, el borde, y guarnicion de la veſtidura, 64
*Linteum*, el paño de manos, 4
*Loculamentum*, caxon, ò parte del almario, 85
*Lupus*, peſcado ſolo, 107
*Lychnuchus*, donde ſe pone el candil, 82

*Maialis*, marrano puerco de vn año, 101
*Malluvium*, plato para agua manos, 95
*Malluviæ*, el agua con que ſe han lavado las manos, ibid.
*Mandibula*, la quixada, 105
*Mantile*, tovaja, 28
*Matula*, el orinal, ò vaſo donde orinan, 86
*Mena*, peſcado à manera de beſugo, 107
*Membrum*, quarto de la caſa, 74
*Militaris vicus*, carrera de cavallos. *Valentiæ*, 157
*Mullus barbatus*, el barbo, 107
*Myxus*, la mecha, ò pavilo, 83

*Nodus laxus*, la lazada.
O*Bſervatur*, el acuſador, 39
*Obſtragulum*, capellada, 2
*Ocelli*, ojetes, 63
*Ocrea urbanæ*, botas para andar por la Ciudad, 65
*Ocreæ itinerariæ*, botas para de camino, ibidem.
*Offendix*, la travilla de la gorra, 172
*Omphacium*, agraz, 12
*Oluſcularia mulier*, la que venda berzas, 11
*Orbiculi*, las hembras de los corchetes, 63
*Oxiporum*, ſalſa de vinagre, 107
P*Ulla*, capa, ò ropa de encima, 65
*Palma agreſtis*, el palmito, 110
*Parthenon*, el apoſento de las damas, 127
*Pectorale*, la puerta del ſayo, 61
*Peniculus*, los pelos de la tinta, 53
*Perfunctoriè adverbium*, ſumariamente, 97
*Perimetaſma*, el cielo de la cama, 86
*Perſica præcocia*, albaricoques, 100
*Periſtroma*, cubierta de cama, 86
*Phylura*, pliego de papel, 124
*Phyluro*, tajada, 109
*Phrontiſterium*, Eſcuela, General, donde ſe lee alguna ciencia, 26
*Piſtilarius*, el que maja, 51

*Pliga*, redecilla de cama, 87
*Pliſtribilia*, hojuelas, ibid.
*Plutei*, los bancos, ò atriles, ò faciſtores, 6
*Pollintor*, panadero, 99
*Pollubrum*, fuente para lavar las manos, 2
*Popino*, cocinero, 87
*Poples*, la dobladura de la rodilla, 167
*Poſtilena*, *æ*, las atretrancas, 43
*Præfectus orbis*, el Governador, 157
*Prætor capitalis*, Alcalde del Crimen, 31
*Prodomi ficus*, brebas, 101
*Proletarij*, autores ruines, 78
*Promptuarium*, la deſpenſa, 74
*Propola*, el regaton, ibid.
*Prymneium*, la maroma, 45
*Priſana*, leche que ſe ſaca de grano, 106
*Puer amanuenſis*, moço de mandados, 127
*Pulvinus*, el almohada del estrado, 86
*Pulvinus ſupedaneus*, almohada para debaxo de los pies, 69
*Pultarius*, eſcudilla, 19
*Pyrolabepruniceps*, las tenazas, 89

Q*Vaſi de capite agatur*, como ſi en ello vaya la vida, 94
*Quaſillus*, *aut quaſilium*, canaſtillo, 9
*Querquedulla*, la anade, 107

R*Adij pectinis rariores*, las puas del peyne ralas, 31
*Radij denſiores*, las eſpeſas, ibid.
*Radius*, el palillo para apuntar las letras, 13
*Reticulum*, el albanega, 65
*Rhythmus*, conſonante, 97
*Rhombulus*, figuras de metal, que vſavan las hechizeras, de quatro angulos, y los dos muy ſalidos, de la manera como ſe pintan en los Naypes Franceſes, y ſe llaman Picas, 144

S*Andarachatus*, embarnizado; 96
*Saperda*, ſabio, y polido, 89
*Scalæ colides*, eſcalera de caracol, 72
*Scaphium*, el ſervidor, 74
*Schodium*, lo compueſto, que aun no eſtá enmendado, 84
*Sciographica pictura*, matizada, 70
*Scirpus indicus*, junco de que vſan los Señores en lugar de baculo, 29
*Scrobiculus*, el hoyuelo, 56
*Secundarius panis*, pan de mediano, 99
*Segmentatus*, coſa hecha como à eſcaques, 86
*Sella plicatilis*, ſilla de coſtillas, 47
*Sella reclinatoria*, ſilla de eſpaldas, 145

*Segmetatus*, veſtido hecho ā trapas; ō quartos, 171
*Sericum guſapium*, terciopelo, 63
*Setanius panis*, pan hecho de harina cernida con cedazo de cernederas ralo, 99
*Salitum*, almuerço, 19
*Silo*, hombre de nariz roma, 165
*Similago*, ſemola, 9
*Sinus*, el parpado del ojo, 167
*Solea*, lenguado, 107
*Spatalium*, racimo de datiles; 300
*Speuſticus panis*, pan cocido de preſto, 99
*Spherula*, la pelota, 154
*Sphæriſterium*, el juego de la pelota, que le llaman trinquete los Valencianos, 155
*Sponda*, tarima, 86
*Stapeda*, el eſtrivo, 42
*Stuferi*, la placa de Flandes, moneda de diez maravedis, 152
*Stangulatoria*, ahogadizas, 12
*Stribilita*, ojuelos, o buñuelos, 110
*Strues*, hazina, 79
*Struſtor*, el trinchante, 98
*Struthionicè*, à manera de abeſtruz, 108
*Subucula recens*, camiſa limpia, 1
*Succuſſator*, cavallo que anda alto, 43
*Sudariolum*, pañizuelo de narizes.
*Suffioz*, ahumar, 88
*Suffiamino*, calçar la media para que no vaya atràs, ni adelante, 45.

*Sulphurata*, agua liquida, 88
T*aberna coctilitia*, lugar para ſecar, ò recocer algo, ibid.
*Techapalveraria*, la ſalvadera, 84
*Teſſalatus*, labrado como de cataços, 69
*Teſtuacium*, cocido en olla, 110
*Teſtuacium*, cocido en barro, 89
*Teſtudo*, vihuela, 150
*Thorax*, el hueco del cuerpo, 1
*Thorax diplois*, jubon baltado, ibid.
*Thynus*, atun, 167
*Thyrſus*, troncho, 61
*Tibialia*, medias calças, 12
*Tibicines*, los pies de la meſa, 67
*Titio*, leño ſacado del fuego, 88
*Tomentum*, el agujero por donde ſe enfundan las almohadas, ù otra coſa, que es como boqueta, 154
*Torris*, el tizon, 88
*Trugema*, fruta de ſarten. 110
*Triclineum*, el apoſento donde ſe come, 72
*Trifolium*, arrebol, 145
*Truta*, el bacin grande, 74
*Tudicula*, mercedero, 90
*Tunica manicata*, ſayo con mangas, 5
*Turunda*, ſopas à manera de bocadillo, 19
*Tympana*, tabletas para traer fruta à la meſa, 10
*Thyphacens*, coſa de centeno, 99

Ti-

*Tiro*; el aprendiz, 77
*Tirochneſtiti*, rallo, 90
V*Allecula*, la concavidad, que eſtà debaxo del baço inferior, 164
*Vdones*, peales de lienço, 360
*Vebratea*, el hueſſo en que ſe rebuelve el ojo, 162
*Vibriſſe*, los pelos de las narizes, ibid.
*Villatum*, el friſado, 171
*Vincula veſtuaria*, agujetas, 63
*Vinum conſiſtens*, vino que ſe detiene, 103
*Vinum fugiens*, vino que ſe pierde, ibid.
*Vmbiculus*, el medio de qualquier coſa, el extremo, 96
*Vincinuli*, corchetes, ò las hembras de las manos del libro, 63
*Vola*, la palma de la mano, 166
*Vinarium*, el lugar de tinajas, 90
*Vrceolus*, aguamanil, 3
*Vaſſella*, tinazuelas, 162

# FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA